TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. **J_MSS_0624**

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

624
Joppi

Esercitazioni accademiche latine
in prosa e in versi.

1a Dissertazione latina

(versi e prosa)

Questio perantiqua est, et a primis usque sapientię incunabulis sepe et multum agitata, utrum virtutem doctrina paret, naturane donet. Procreare hominem et alere longe facilius esse, quam prudentiam et bonos mores inserere; neque rationem, qua imprudens atque improbus prudentiam posset probitatemque consequi, a quoquam adhuc excogitari potuisset, esse denique omnes animi morbos insanabiles ac desperatos ait Theognis. Pindarus idem sentit cum Olympicorum carmine et nono, ubi naturam doctrinę anteponit, et undecimo, ubi eque dificile esse scribit a natura insita immutari, ac leonis et vulpis ingenium commutari: tum Nemeorum tertio, ubi demonstrat eum, qui arte ac doctrina sola nitatur, in utramque parte vacillare ac titubare, qui vero naturę bono fretus sit, recteque naturą sentiat, certo semper in loco consistere. Neque vero Poetę dumtaxat a natura stant, sed alii etiam doctissimi gravissimique scriptores. Isocrates certe in oratione adversus Sophistas disertissimis verbis negat, justitiam ceterasque virtutes doctrina contineri. Isocrates autem? immo et Plato, et quidem duobus locis in Menone primum, deinde in Protagora ostendit, virtutem non esse parabilem doctrina, sed divinitus, hocest, a natura hominibus concedi. Xenophon contra Socraticus ille a Philosophia profectus Princeps, libro memorabilium dictorum primo, virtutem docet usu et exercitatione comparari; doctrina et usu perfici Aristoteles in libris ad Nicomacum de moribus; discendam vero exercendamque omnino esse, cum Tullius ad Atticum libro 10, et Plutarchus in libello de docenda virtute, tum omnes philosophi, qui a Socrate ad nostra usque tempora de moribus scripserunt, apertissime declararunt. In tanta hac super re, tanta opinionum diversitate, et sapientissi:

in quę vitia, quot, quamque tum sibi tum aliis perniciosa pro:
labantur. Age enim; utri tandem ad audendum magis facti? ubi et
mores feros, immanemque naturam, et vitam sceleribus, flagitiisq.
omnibus deditam, et omnia denique ad perniciem profligata, at:
que perdita pręseferunt? Si ne, qui certa quadam ratione, atque
doctria, an qui nulla imbuti sunt, atque instituti? Si nec, qui
pręceptis sapientię, institutisque abundarunt, an qui omnino
caruerunt? Ut enim virtutum, ita vitiorum nullus est in ejus:
modi ingeniis modus, nulla mediocritas, alterutrum in vanis; im
ita quod sane molestum est, et odiosum, nimium sępe fit,
ut quo majore indole quisque est, eo ruat in pejus, nisi edu:
catione quadam, et disciplina retrahatur. In viris ipsis ętate
usuque confirmatis, licet id cernere. Primo, labente paulatim
disciplina, velut desidunt mores; deinde magis magisque la:
buntur; tum ire incipiunt pręcipites, donec ad extrema illa, qui:
bus nec vitia sua, nec remedia pati possint, perveniunt. Ubi
ergo vestra illa natura? ubi insitę ab illa virtutes? ubi custodię?
Ubi pręmia, pęnaque asservatę? Pręclare enim vero sive Africanus,
sive Panętius solitus erat dicere sicut equos ferocitate exul:
tantes domitoribus soleant mortales tradere, ut his possint fa:
ciliprius uti, sic homines propter animi excellentiam sibi præ:
fidentes tanquam in gyrum rationis, et doctrinę duci oportere, ut
magnifice quidem, graviter, animoseque viverent, sed simpliciter
etiam, fideliter, vitęque hominum amice. Quam enim sumus ad de:
teriora faciles? Quam est iter non modo pronum ad vitia, sed eti:
am pręceps. Accipite enim, Auditores, quoniam tam benigne me
auditis, Marci Tullii Ciceronis non tam Romanę eloquentię
Principis, sed etiam Philosophi summi orationem tertio Tu:
sculanarum disputationum libro, et Romanis civibus, et poste:

ris omnibus perscriptam. Si tales, inquit, nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri, et perspicere, eademque optima duce cursum vitę conficere possemus, haud erat sane, quod quisquam rationem, ac doctrinam sequeretur. Nunc parvulos dedit nobis igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibusque depravati sic restinguimus, ut nusquam naturę lumen appareat. Sunt e: nim ingeniis ~~nostris~~ nostris semina innata virtutum, quę si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem, simul atque editi in lucem, et suscepti sumus, in omni continuo pravitate, et in summa opinionum perversitate versa: mur: ut pene cum lacte nutricis errorem ~~suscipere~~ suxisse videamur. Cum vero parentibus redditi, demum magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, et o: pinioni confirmatę natura ipsa cedat. Accedunt etiam Poe: tę, qui cum magnam speciem doctrinę, sapientięque prę se: tulerunt, audiuntur, leguntur, ediscuntur, et inherescunt penitus in mentibus. Cum vero accedit eodem, quasi maximus quidam magister, populus, atque omnis undique ad vitia consen: tiens multitudo, tum plane inficimur opinionum pravitate, a naturaq: ~~decipimur~~ desciscimus, ut nobis optimam naturam invidisse vi: deantur, qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, ni: hil prestantius honoribus, divitiis, voluptatibus judicaverunt. Hęc Tullius, hęc et his similia Stoici, Accademici, ipsi etiã Epicurei; quin omnes omnium gentium, omnium populorum, omnium temporum philosophi unanimi consensu docuerunt, ut corpori curan: do tuendoque artem quamdam, quę medicina dicitur, ita animo quo: que, cujus et plures et perniciosiores, quam corporis morbi esse so: lent, scientiam quamdam quę Ethice, universim philosophia appel: latur, tanquam medicinam, quę animi illis duobus morbis ęgritudini

et cupiditati mederetur, divinitus per summum beneficium datam esse atque concessam. Ego vero, ut paucis omnes artis laudes complectar, unum illud præterea dico et experientia testatum, et omnium judicio confirmatum, acui certe aliquo modo et corrigi quæ non sunt optima a natura data, meliora fieri, quæ bona sunt data, nescio quid vero (ut cujus vocem exorsus sum, ejusdem etiam deinam) præclarum ac singulare solere existere, si natura eximia atque illustris ratione quadam et conformatione doctrinæ adjuvetur.

Ad virtutem plus valet natura quam doctrina.

Quale, quantumque sit ad percipiendam, colen:
damque virtutem in natura momentum, si ex nulla re alia æsti:
mari possit, vel illud unum satis sit, quod, prudentes ut simus, ju:
sti, fortes, ac temperantes, præcipuam quamdam curam semper
habet, atque singularem. Ad alia enim omnia, quæ ad vivendū
pertinent, opera nos uti voluit aut nostra, aut aliena, aut
utraque, ad recte vero vivendū nulla sane alia, quam sua. At:
que hoc tanto ante quam doctrinā suscepit, quanto est doctri:
nā senior; tantoque ante confecit quā altera, quanto antea ipsa
nata ~~sit~~ est, quam scripta lex ulla, aut quam omnino ulla civitas
constituta. Nolite enim putare, Auditores, quemadmodū apud
scriptores veteres passim legistis, eos homines, qui ante condi:
tas, condendasque leges, et ante ullam virtutis scientiā vixere,
aut ferino cultu vixisse, aut honestatis magistris caruisse.
Cum enim homo non ad pastum natus sit, nec ad voluptatē,
aut otium, sed ad agendū recte, sibique et aliis utiliter agen:
dum; quomodo unquā aptus ad exequendum munus suū esse
potuisset, si parens ejus natura eum sibi reliquisset, nullas;
quæ officiorum præceptiones tradidisset? Illa vero et tradidit
tunc, posteaque quam quæ maxime; et tradit in præsenti, tradetque
semper imposterum, et quidem eodem studio, eademque diligentia, nisi hominem producat
irata et infensa nascenti. Et sane unde tandem vel pueri cogno:
scimus honestatem nobis recipiendam esse, repudiandam turpitu:
dinem, nisi a natura? unde vix acquisita ratione scimus consenta:
nea nobis appetere, dissentanea declinare, nisi a natura? Hac
duce atque præceptrice et fugimus fugienda, et sequenda perse:
quimur; hujus ope atque opera cognitionem illam acquirimus, inter

res appetendas unà aliquà eſse finem ultimum bonumque perfectu
hujus ope atque operâ discimus, quæ vim habeant ad bonum illud du-
cendi, queque ab èo retrahendi, non perfecte ~~sane~~ perspicueque, sed
ita tamen certe, ut licet obscura, aliqua tamen insitæ virtutis indi-
cia præbeamus. Ut enim totos nos pudet et tædet, si quid injuste, si
quid effeminate, nequiterque agimus? Ut læti, ut alacres, securique
sumus, cum præter naturam, dignitatemque hominis nihil patravi-
mus? Utinam, Auditores, docentem semper audiremus, neque unquam
abripi nos alio sineremus! Quemadmodum enim in officiis boni viri
præcipiendis naturæ provisio non trita est, cui opus sit nemini ne-
que in longinqua discurrere, neque cœli inclementiam ferre, neque
detrimenta fortunarum, et damna corporis subire, neque dura et
dira alia pati, quibus interdum accidit ut nonnulli laboris, ac laſ-
situdinis tædii, sumptibusque, et jactura exhausti, singulares ~~doctrinam~~
doctrinam non modo non ament, sed odio etiam prosequantur; ita, ne morum
notæ consignatæ firmiter, stabiliterque permanant incustoditæ, neve
duabus illis labibus disciplinarum, oblivione, et incredulitate cor-
rumpantur, atque excludantur, par ejus semper cura est, atque
haud scio an etiam major ~~diligentia~~. Morum enim doctores statis horis, et temporibus præci-
piunt, natura suam nunquam industriam intermittit; illi neque
poſsunt neque debent semper nobis adeſse, hæc ne pedem quidem
à nobis unquam discedit; illi genera duntaxat rerum explanant
infinita, hæc locis, temporibus, actionibus singulis suas præceptiones
accommodat. Adest enim, aut potius inest nobis aſsidue natura,
in quoque oportet hominem eſse providum, acutum, memorem, ple-
num rationis, et consilii, id omne dies noctesque ipsa indicat, de-
monstrat, subjicit mentis oculis, quodque gravissimum est, quam sibi
semper constanter, convenienterque subjicit! scimus jam, scimus
quanta sint in varietate, ac diſsensione, qui de finibus bonorum,

ac malorum scripserunt. Molestum sit eorum dinumerare sententias. Unum illud dico, tot tantasque lites ac rixas dissidentium extitisse, turbas tam inconditas, et pugnas tam agrestes, ut non defuerint qui, quemadmodum reliquas disciplinas omnes, similiter hanc quoque de moribus contentiosorum futiliumque deliramentum esse conjectarent, et inusta vanitatis ignominia in crucem malam ablegarent. Non enim solum universi ~~inter se~~ inter se dissident, sed singuli etiam a seipsis dissentiunt, secumque discordant, ut consentanea sibi non dicendo, sed alias hoc, alias illud disputando, multa denique turbando discentem sæpe numero relinquant ancipitem et incertum. Alia est naturæ ratio, longe alia. Quæ hominibus primæ ætatis præcepit, præcepit et secundæ, et tertiæ, et reliquarum usque ad hanc nostram; nulla in natura præceptorum permutatio; nullus priorum interitus; nulla novorum successio; qui sunt, erunt et fuerint, semper iidem secundum illa sunt, fuerunt et erunt, non loca, non tempora, non res, non cogitatio, non actio humana est ulla, quæ ad eorum usum non revocet hominem: ita namque natura determinat, et sic flagitat, ut adversari impune non liceat. Assident enim naturæ, aut potius insident cum natura homini, hærentque in pectore custodes et vindices a positi duo, alter ab conservandi officio synderesis, alter ab acute cernendo subtiliterque intelligendo conscientia dictus, qui consociatis consiliis, unumque illud sentientes esse turpe turpiter agere, laudabile laudabiliter, citatum, ut ita dicam, animum de tribunali, et veluti unco impacto in jus raptatum, ubi alter, idest sinderesis de jure arguens proposuit non peccandum, alter, hoc est conscientia de facto agens assumpsit: tu peccas hic et nunc; hac novi judicii nova forma perterrefactum et exanimatum condemnant. Neque vero hac conclu-

sione et condemnatione naturę exhauritur erga nos amor et sollicitudo: immo permanet in proposito, nihilque relinquit intentatum, ut velimus nolimus retrahat ad scientiam cordis in eaque contineat. Indicant hanc naturę curam, quę aberrantes ferre cogit; indicant, quę resipiscentibus inserit, preteritarum voluptatum memoria, et presentium letitia animique tranquillitas. Quorsum enim peccantem hominem non furiis perterre faciendum tedis ardentibus, non vulturibus aquilisque perenni vivum jecore misere fedandum, ut poetę finxerunt, sed suę quemque fraudi terrorique, suo sceleri, suis malis cogitationibus conscientiisque animi vexandum tradit amentiaque afficiendum nisi ut hac quasi carnificina, qua nulla major excogitari potest, turpitudine vitę relicta virtutem et honestatem amplectatur? quomodo cum primum resipiscit, et naturę dicto audiens atque obediens esse incipit, tanta illa jucunditate, tanto illo gaudio, tam solida illa et germana letitia, qua nulla gravior, nulla major in terris esse potest, eum complet, afficit, et perfundit, nisi ut ea suavitate ac delectatione irretitus ab humanitate nunquam amplius desciscat? Sed verborum fortasse plus satis. Ego vero unum illud addam, hanc naturę prestantiam atque excellentiam a nullis magis cognitam atque intellectam fuisse quam a Pythagora, a Socrate, a Platone, ceterisque, qui morum scientiam vel scriptis vel sermonibus tradiderunt: qui virtutem nihil aliud esse docuerunt quam secundum naturam vivere, quam congruere naturę, et cum ea convenienter agere, quam naturam optimam recte vivendi ducem sequi; ut vel horum judicio uno non multum sit naturam attendentibus ad omnem virtutem percipiendam philosophis supplicandum.

Doctrina naturę discipula.

Ars est, crede mihi, naturę filia magnę:
    Quin est dumtaxat, Candide, discipula.
Et quantum nos debemus doctoribus omnes,
    Tantum ars naturę debuit usque suę.
Unde datum est etenim defendere frigore corpus
    Vestibus? unde domos ędificare datum?
Natura ingenio, natura ostendit et arti,
    Cum pelle intexit, egit in antra feras.
Compulit hęc hominem fęcundę in viscera terrę,
    In summi hęc hominem sustulit astra poli:
Philosophia suas hinc ut decerpsit omnes,
    Hinc omnes vires Astrologia suas.
Quid se igitur morum sibi pulchra scientia jactat?
    Quidque suum; et quod non sumpserit intus, habet?
Nam si homini natura dedit cognoscere rerum
    Causas, unde artes ortum habuere suum:
Cum tamen his orbus sine noxa vivere poſset,
    Personamque hominis sustinuiſse suam;
Dicam adeo incautam, nullas monstraret ut artes
    Vivendi, sine queis eſse homo desineret?
Excute te totum vero, totam excute morum
    Quam veteres artem constituere viri.
Eſse cupis prudens, prudens aliisque videri;
    Et veri in cunctis cognitione frui?
Nil a philosopho invenies rem traditum ad istam,
    Quin natura tibi provida pręcipiat.

Nempe utrique monent, res ut pendatur agenda,
Imo ut pendatur sæpe diuque tibi.
Labi etenim, falli, nescire, errareque, utrique,
Natura et sapiens turpe malumque putant.
~~Ut ne cui noceas, deque cuique s.~~
Vere ut sis justus, duo sunt præcepta sophorum,
Ut ne cui noceas; deque cuique suum.
Quas tibi justitiæ leges nisi condidit istas
Natura? has vero vel puero inseruit.
Quid te per reliquas virtutes ducere coner?
Nonne est cunctarum par ratio atque eadem?
Non ignoro equidem, nonnullos certa docere,
Quæ vis naturæ reijcit atque fugit;
Sed quis in hoc errat falsus? natura ne, an illi,
Qui vitæ exemplar non bene respiciunt?
Aspice, pictores quot in uno quantaque peccent,
Naturæ interea nobile cum sit opus.
Rerum est cunctarum sollers natura magistra:
Fallitur hac nemo decipiturque duce.

Doctrina naturę magistra

Non mihi si linguę centum sint oraque centum,
    Ferrea vox; omnes enumerare queam
Illorum laudes pro majestate virorum,
    Primi hominum mores qui potuere loqui.
Semina enim fateor mortalibus insita inesse;
    Nec nego naturę provida principia;
Sed tamen, ut segetum quę terrę semina dantur,
    Ni sol, ni tepidis educat imber aquis,
Aut plane pereant, aut sera [illegible] et rara videntur
    Tandem de sulcis exeruisse caput;
Sic, nisi doctrina virtutes insitę aluntur,
    Oppressę pravis moribus interennt.
Testes mortales primi, qui more ferarum
    Lustra per et saltus vivere debuerant.
Vitam infelicem! bacchas lapidosaque corna,
    Rami victum illis, herbaque vulsa dabat.
Ah! mirum quantum, glandem atque cubilia propter,
    Edebat cędis turpe ferumque pecus.
Sed bene consuluit quisquis fuit ille deorum
    (Nam Deus ille fuit, Maxime Flacce, Deus)
Qui, quę appellatur vere sapientia ubique,
    Repperit, e tenebris evoluitque malis.
~~Jamque~~ Fluctibus is vitam eripuit, magnisque periclis,
    Servavitque hominem, restituitque sibi:
Tamque in tranquillo, et tam clara in luce locavit,
    Cuncta ut sint nobis postea nata bona.

Hinc etenim positę leges, hinc oppida muris
Munita, hinc aliis flumina ducta locis
Hinc cœpere homines justo secernere honestum,
Quis fur, quis latro, sacrilegusque foret.
Nec vero tantum culta est respublica; verum,
Privatorum etiam pectora ~~prava minus~~ culta magis.
Dummodo culturę patientem accommodet aurem,
Hunc vitium quivis effugere ipse potest.
Quot verba et voces, curę ut pellantur acutę;
Pravus et e tumido pectore laudis amor.
Quid? num desidies, ~~[illegible]~~, petulantia? quid? num
Quas olim clades, spurcitię efficient?
Nemo adeo invidus, iracundus, amator, inersque,
Nemo adeo ferus est, quin queat esse bonus;
Si, quę scriptores morum pręcepta dederint,
Audiat, in nullis aut sibi desit homo.

Naturę habitus semper permanet.

Non tenui pretio quidam donaverat emptum
Uni, qui nunquam viderat, Æthiopem.
Artus membrorum magni, magna oſsa, torique;
Erę famulis Domino carus hic unus erat.
Sed cum nil preter dentes ostenderet albi,
Cętera Cyclopi par similisque foret;
Cęperunt pueri horrere, et tremuiſse puellę,
Seque procul cęcis abderę quisque locis.
Conservet ne ergo, an mittat? quinimo lavandum
Dat reliquis, hominem poſse nitere ratus.
Nec mora: nudatus gelida nunc spargitur unda,
Nunc calida; mixta denique nunc cinere.
Viderat id quidam; atque, operam quid perditis, inquit?
Quę natura dedit, tollere nemo potest.

Indoles insita exuitur

Maximus ille Solon, qui leges scripsit Athenis,
Suscepit binos quondam aluisse canes.
Sunt concepti jsdem genitique parentibus ambo;
Quin et idem geminis fratribus ingenium est.
Sed venatori lepores datus alter adurget:
Pascitur uncto alter, pascitur atque domi.
Septima ab undecima jam luna peregerat orbem;
Jamque erat ad plenum factus uterque canis.
Ecce autem eductis, populo inspectante, repente
Philosophus leporem projicit atque cibum.
Nec mora: nutritus silvis lepori instat et hæret;
Alter fusus humi devorat ore dapem.
Factum significat, nisi alantur semina moram
Apte, naturę cuncta perire bona.

Sanchez tom. 1. pag. 236

Naturę pertinaciam, ejusque mutationem leges significant.

Dialogus

L: Patrum bella parantium
In regem proprium filius et nepos;
Quin ętas quoque perfidis
Ęque cum proavis plectitur altera.

Quidnam hi commeriti, cedo?
Numquidnam proavis et patribus simul
Tentarunt scelus improbum,
Ferrent ut manibus Regiam et ipsi ebur?

Lex sum: Sic jubeo et volo.
Ac si cui videor rem minus aut bonam,
Aut ęquam imperio edere;
Esto; dummodo ego non videar mihi.

Nil ultra rogo: nam hoc volo
Infectum poterit reddere nec Deus.

Quę sentis, tamen eloqui
Permitto; haud etenim sic temere volo.

Ergo quid meriti Patrum
Poenas sustineant, qui nec adhuc Patres
Viderunt geniti, et procul,
Progna ti, abfuerunt prava patrantibus?

2 1 3 4
Pars sunt regna novantium.
Par ergo capiti supplicium luant:
Ut quod dextera fert manus,
Artus et reliqui participant malum.

Dextrę vero nefarię,
Quę pars ausa nefas, trunca dolet nihil.
Sic divisa parentibus
Ne in se horum doleat progenies vice.

Nati sunt similes patri
Ut tigris tigribus, utque lupus lupo,
Sic pravis genitoribus
Nascuntur similes pectore liberi.

Dignum absterreat auribus
Exemplum patrium talibus; atque amans
Mater, quę assidue assidet,
Terrorem lacrimis promoveat suis.

Dantor supplicio patrum
Latrum ob flagitium, dantor, ut eluant
Virus seminis impii,
Quod diffusum, aliter perluere est nefas;

O quę premia ponitis
Leges, civibus et fortibus et bonis,
Nec non suppliciumque ~~[illegible]~~ malis,
Virtutem cupidę mentibus indere;

Quin sanctas tabulas statim?
Quin gentes, populos, regna relinquitis,
Et terras petitis feras,
Si vis vestra viri vim adjuvare [illegible]

Indoles insita exui non potest.

Felim quidam olim flagranti ardebat amore,
Prę feli ut nihili cętera cuncta forent.
Huic is blanditias adhibet, mille oscula figit,
Demulcetque caput, muneraque apta facit.
Queis permota Venus, domino presente puellam
In pulcram felim mutat, et ornat opus.
Tum vero insanit. Stant longa monilia collo,
Stant gemmę digitis, auriculisque graves.
Singula quid memorem? decernit ducere; jamque
Dedita conjugio venerat alma dies.
Pompę par epulum: quidquid geniale vel aer
Vel prębet tellus, pontus et altus, adest.
Prima quies epulis erat: intrat in atria sorex,
Arreptum subito quem nova nupta vorat.
Scilicet eijcitur nunquam natura. Recurret,
Cum minime metuas, pulsa repulsa licet.

Doctrina naturę adjutrix.

Editus in lucem puer olim regius unus
Compleret miris omnia lętitiis.
Ut nos, ille manus, oculos, atque ora ferebat:
Ast anima tantum, non animo auctus erat.
Quid non tentatum est? Nulla tamen arte legendi
Prima elementa unquam discere ei fuerat.
O miserum regem! quid agat, ne informe sigillum
Regnet? at, o Dii, quam est ingeniosus amor!
Tot puero assignat, quot sunt elementa, ministros,
Vultque sua ut forma littera quemque notet:
Ut si quid sit opus puero, unusquisque vocetur
Dumtaxat proprię nomine litterulę.
Nec spes decepit regem. Vel scribere, nedum
Perlegere, edidicit regius ille puer.
I nunc naturęque artem pospone malignę.
Queis natura deest, ars bona semper adest.

Generis humilitas hominem prosternit.

Jam patrio exibis jure; et custode remoto,
Prætextaque togam posita, Marcelle, virilem
Sumes; quaque voles ibis, vivesque quibuscum
Ipse voles. Ideo pro quo te diligo amore,
Non poſsum, quin edoceam te pauca priusquam
Te populo tradas, et in urbis luce moreris.
Postquam te puerum, sed grandem ludere vidi
Velut hoc aut illo cum verna sepe, et abire
Ex oculis nobis, quoties ex ordine equestri
Nos quis convenit, timui, ne ignobile vulgus,
Posthabitis nostris, tandem tibi jungere malles.
Quare per Divos, per avos oratus, et omnes
Majores nostros. Urbis clariſsima tantę
Lumina, fac semper te nobilitate minores
Omni devites cura, ut cane pejus et angue.
Dicere non hercle queo, quantum dedeceat nos
Consuetudo hominum, quorum nec avusque paterque,
Nec longeva avia audita est materque quid eſsent.
Primo fige loco, nihil unquam grande nec altum
Nobilibusque viris dignum illos volvere mente.
Quam quisque accepit, proclamant omnibus artem:
Et scalpra et formas sutor, tabulasque trabesque
Et serras opifex ligni, levesque dolabras,
Clysterasque medici, cerotaque Pharmacopola.
Non tu ergo istorum fugias commercia? non tu
Quid sis et quantis spectes majoribus ortus?

Sunt majora tamen, quibus istos oderit omnes
Ingenuus quivis et claro sanguine natus,
Qualem te Superi nasci voluere benigni.
Ex genere hoc hominum, potui si attendere paul
Nam semper fugi; mendacia putrida semper
Audieris. Lana est illis, quæ purpura nobis,
Purpuraque est illis, quæ nobis lana. Nec ausis
Responsare illis; ut nigra in candida vertant,
Candidaque ut rursus vertant in nigra, paludem
Per stygiam jurant dirumque Acheronta, parati,
Ut tibi pro pannis vendant patavina Britannis
Vellera, sæpe Deum summo deducere Cœlo.
Quamquam istos nequeas nisi festis forte diebus
Idque etiam raro socios adjungere vitæ.
Scribere enim debent et respondere vel Anglis,
Vel ~~Battavis~~, aliis et mercatoribus, unde Batavis
Accipiunt merces; et si quid temporis unquam
Restat adhuc festi, secum spatiantur in umbra,
Aut aras obeunt, et pulvinaria Divum.
Quod vero ad luces spectat, Marcelle, profestas,
Illas exhaurit totas cujusque taberna.
Nil igitur super his, queis tecum tempus ag
Esse nequit vacuum; moneo; illos, si audieris me.
Et sapias; prædico iterumque iterumque monebo,
Ut vites, qui verberibus, non vocibus unis
Uxores male habent poti postquam omnis ubique
Fixa catenatæ siluit compago tabernæ.
Nec tibi nunc pando, quid tandem vapulet uxo

Præcipue a potis. Aliqui fortaſſe putabunt
Nimirum, quod vinum illis mentem abstulit atque
Consilium et rationem; aliqui (nec longius absunt
A vero ferme) quod regredientibus ultro
Natorum solet esuriem exprobrare suamque,
Dum rapiunt ipsi singultibus ilia pleni.
Tu verum disces causam, cum grandior horum
Audieris fando, non videris, inclita gesta.
Tu tamen interea, cum propter cetera, tum quod
Cauponas celebrare solent, vitare memento.
Nam fortaſſe putes ~~[illegible]~~ festis facere ista diebus.
Vero: etenim sacro audito, et nihil amplius, aut hanc,
Aut divertentes cauponam semper in illam
Mane graves patinas olidi vescantur Omasi;
Pranси autem invertunt cyathis vinaria tota.
Sed nunquam ulla dies nebulonibus excidit istis,
Quin sua quisque opera interrumpant, inque popinas
Cum nigrescenti ventrali pileoloque
Pertuso atque uncto, irrumpant, sedeantque bibentes
Interdum ad noctem, et donec flagrantia fervor
Lumina prepositis adjungit bina lucernis.
Hos ego non odio insecter, non persequar omnes?
Nilque erit usque adeo, quod nostra infantia claris
Est prognata atavis et dignis moribus alta,
Ut subeam obscuras populi cum fæce tabernas?
Quid quod inornatas, gens impurissima voces
Verbaque profundunt spissis indigna plateis.
Nil ait, atque negat, quin sanctum juret Osirim,
Et quidquid Divum colit usquam credula turba.

Dicere si contra tentes; jam fervida vina
Iurgia praeludunt. Feriam te frigore, clamat,
Eripiamque animam nigram, Ditique sacrabo.
Te miserum, pergis si dissentire, tacesve:
Pocula torquebit: tu terges vulnera mappa;
Aut minimum colaphis caesus pugnisque sonoris,
Postremo paucis cum dentibus inde revertes.
Ad summam, si scire cupis quę quantaque fex sit
Evitanda tibi in plebe artificumque popello,
Aspice qui soleant compelli in vincula fures,
Sacrilegi et grassatores; tum denique disces
Id, quod adhuc volui, genus unum ita sternere mentes
Istorum, ut nequeant non isto vivere more.

Generis claritas hominem pessundat,

Castra Borussa sequi libet hinc hodie, Austriacumque
Victorem licet irruere atque invadere Daunum,
Cum genus antiquum, cum stemmata prisca feruntur
Inserere eximios mores, animumque virilem.
Deducas ~~vel~~ ab Aenea vel Cecrope gentem,
Idem eris ac si Thersites sit originis auctor,
Si te deficiat ratio doctrinaque certa.
Pare etenim, Fulvi, nunquid diversa vetustos
Materies, nec conflavit terrena; poloque
Nunquid ~~ille~~ in illorum descendit viscera semen?
Pullis nempe tuis, aliisque suavibus escis
Quidquid habes magni debes; nam caetera turba
A cicere, atque faba, a nucibusque durisque lupinis
Quo omne accipiunt traduntque nepotibus, inde
Quod pascendi itidem sunt, praetereaque polenta,
Non simila, nunquam melioribus ante futuris. orte
O caecas hominum mentes! quidnam indere possunt
Ad mores Galbae auriculis, nasoque carentes
Corvini, et stantes in curribus Aemiliani,
Et reliquae effigies, tua quae ornant atria longa?
Arpinas Marius Volscorum in monte solebat
Aere pretio validis alienam findere terram
Vomeribus, Cimbrosque meos tamen ille retudit.
Non solum, corvis etiam prostravit edendos,
Armis tentatos nunquam belloque petitos.
Quid Cicero? non Arpinas ignotus et ipse,
Et nullis titulis clarus? tamen attulit illi
Admiranda ejus virtus plus nominis atque

~~Atque~~ Laudis quam quantum antiquis retulere triumphis
Acceptum quot erant longo tum sanguine censi.
Quid fuit Hostilius? quid Tullius? alter in agris
Pavit oves adolescens, alter et Ocriculana
Natus captiva. Miris tamen artibus ambo,
Atque ita crescentis texerunt moenia Romae,
Regibus ut nullis fuerint virtute secundi.
Sed quid ego cunctos nullis majoribus ortos,
Qui vixere probi, summis et honoribus aucti,
Isto tam parvo aggredior memorare libello?
Quanto est utilius, quibus artibus et quibus armis
Agrestes illi, et clari quicumque fuere
Temporibus rudibus tantum sibi nominis omnes,
Virtutisque decus tantum potuere parare,
Dicere, tantorum causas et tradere verum.
Jam primum alba suis a matribus usque severis,
Protinus ut patiens belli, atque erat utilis armis,
Militiam in castris usu discebat, et armis
In pulveris potius, quam mensis dulcibus omne
Ponebat studium valida illa et dura juventus.
Ergo his non labor insolitus, non arduus ullus
Aut locus asper erat, non formidabilis hostis
Armatus. Nam magna evicerat omnia virtus,
Sed laudis certamen erat, summa atque cupido.
Sic se quisque ferire hostem, conscendere murum,
Et dum tale aliquid faceret, properabat ab omni
Non solum duce, verum bellatore videri,
Has ut divitias unas, famamque putaret.
Quid, quos non armis verum civilibus aptos
Fecisset rebus mater natura, togaeque?

Hi vero non desidiæ se dedere inertes,
In medias dormire dies, torpescere segnes,
Sed matutinis si quando serius essent
Experrecti operis, angi graviterque dolere,
Sed perferre æstum exardescentesque calores,
Sed perferre hyemem diram et penetrabile frigus,
Sed quemvis vel prædurum perferre laborem,
Ipsius haud raro obliti somnique cibique,
Gloriæ ut in sedem possent evadere tandem.
Ergo nihil mirum, populos si Roma superbos
Edomuit bello, si vi regna ampla subegit,
Æmula si imperii cecidit radicitus alta
Carthago, si Romanis maria omnia circum
Parebant, terræque omnes, oræque patebant.
Romulei juvenes, Romanæ robora pubis
A teneris assueta armis, assueta labori
Rem foris atque domi, intra tutabantur et extra.
Mirum esset potius, nostro si tempore virtus,
Consilioque potens eadem mirandaque gestis
Tam male formatæ foret, eductæque juventæ.
Respice enim pueros. Quis eos custodit, alitque?
Nam nec adesse queunt, et debent qui maxima curant
In commune bonum patres usumque suorum.
Matrum pars bona longis sermonibus horas vel
Fallunt cum certis, quibus invisuntur, amicis;
Aut ad multam noctem in aquarum sæpe tabernis;
Sæpe in nobilium conventu tempora perdunt,
Natorum oblitæ prorsus, rerumque suarum.
Quis sobolem interea? quisnam, nisi pessima turba,

Aurigę, famuli; ancillęque, coquęque tuentur?
Et miramur adhuc cur tam vitiosa juventus,
Tamque cito existat, quę cum custodibus istis
Vivit? miremur potius cur protinus omnis
Non conflictetur morbo, quem dicere nolo.
Scire cupis, quid agat, postquam peregreve domive
Artes percurrit, queis nobilis edocet omnes
Ab se prognatos? prima est atque unica cura
Colligere incertos et ponere in ordine crines.
Ecce igitur presto est cum pectine, cum calamistro
Cera et odorifera, et cum pyxide pulveris albi
Aut tonsor, quibus est, vel aut Cosmeta, quibus non.
Principio pexi carta involvuntur in orbem,
Sed divisi in fasciculos ex arte capilli;
Forcipe dein calida, calamistro tempe, premuntur;
Tum carta abjecta manus ingeniosa solutos
Reddit fasciculos; pautatim pectine sursum
Semper sublato. digito super indice leve.
Est in consilio speculum; altior esse videtur;
Hic mihi cincinnus; nimio spatiosior hic est.
In statione comas rursus compone; si unquam,
Exornari hodie, solitoque decentius apto.
Postremo supra caput extant sic ab utraque
Parte comę pexę, ut si nunc mos esset ut olim,
Nectere lemniscos pedibus, talaria tanquam,
Mercurii juveni posses imponere nomen;
Sed quoniam in tabulis tantum mos cernitur ille,
Ingentem hac illac bubonem incedere credas.
Namque domo egressus tandem seque subinde
Jam circumspiciens populo se dat. Locus hic est,

Et quibus in stadiis, et queis in tempora rebus
Perdant preclari juvenes, cognoscere. Primum
Obvia quæque, quibus vectetur femina lecta,
Essedа, carrucas, pilenta, petorita adorant.
Sed ventum est ad aquas. Hic potant primo calentem,
Mox gelidam, puram interdum, modo saccara habentem,
Et citra. Interdum possunt vel amygdala, vel, si
Pollibeat, cellaria, crustula, cetera, fuscus
Quę Rhętus tantum nocturno tempore pingit.
Quid vero interea hic agitur? sermo merus, aut de
Tricis, atque apinis, de lana sepe caprina,
Aut summum de Theutonicis turbantibus orbem.
At campana diem jam dividit. Ad sua quisque
Discedunt, ad aquas redituri a prandio easdem,
Atque ibi lusuri, aut eadem quę mane peracto
Facturi donec soles ęstusque remittunt.
Tum vero non ad libros discurritur, aut ad
Nobilium, juvenum propria, ut Romana solebat
Nobilitas; omnes diversi abeunt, ut hic illam,
Ille aliam matronam conveniatque, domoque
Deducat pede vel carpento ad frigora, ad umbram,
In multam noctem vagus; et tum denique quisque
Sępe domum redeunt dormitum, cum exoritur sol,
Cum sunt sumendi libri, vel castra movenda.
Nobilis hęc vita est passim plerumque juventę.
Et speramus adhuc posse illam excellere? posse
Respondere atavis, vel nobilitare parentes?
Non ego; quin etiam fieri hinc puto maxime, ut omnes,
Qui vitam hanc vivunt, consumptis omnibus, unis

Queis inclaruerunt opibus, cogantur abire
In villas, aut in patria conducere furnos,
Purgandas foricas, portandum ad busta cadaver,
Quidquid et abjectum tractat plebs infima vulgi.

Ecloga
Melibeus et Meris.

Mel. Quid te conspicio subtristem incedere, Meri,
Nunc cum dulce vagis resonant arbusta cicadis?
Ecquid commenta est morbi formosa Neæra?
Mer. Nec, grates superis, quidquam est mea passa Neæra;
Et tu more tuo mecum, Melibœe, jocaris.
Mel. Fare age, ut adjutem; quis enim mihi amicior est te?
Mer. Quam metuo, in silvas urbs ne contermina nostras
Defluat, et mores secum ne pervehat illos.
Nostin' Dametam, quam dulcia carmina fundat?
Mel. Ut te, Meri; atque in nostris his collibus unus
Arcadiæ veteris conservat carmina et artes.
Mer. Hunc ego vix hercle tantum queo dicere verbis,
Quantum re Damon vitat, contemnit, et odit.
Mel. Hoccine tam magnum facinus facit ille, alioquin
Comis et humanus supra quam exponere possim?
Et quæ tanta potest contemptum inducere tantum
Tanti præsertim, tam docti denique vatis?
Mer. Cum Damone super re hac bis terque locutus,
Non aliam inveni, nisi quod novus incola nobis
Damettas titulis nullis præfulget avitis,
Cum Damon multos spatiosa per atria templi
Pontifices ostentat avos proavosque atavosque;
Ut si in nascentes manet cum sanguine virtus
Majorum, nec quisquam aliud clarescere possit.

Mel. Conditio nostra est, Mępi, hęc, videamur ut istis,
Nescio quid parvum prę se; sed habeant tamen unde
Non temere omnino claris majoribus orti
Et genus et proavos jactent credantque minores,
Quotquot agunt quum nullis majoribus orti.
Quonam etenim fato fiat, nemo explicet unus;
Fit tamen, atque adeo, volumus si vera fateri,
Fit nimium sępe, ut natura benignior illis,
Quam nostri plerumque loci nascentibus adsit.

Mep. Non equidem naturę ausim reprehendere morem;
Quin magis admiror: sic res illa ordinat omnes,
Et quocumque modo tandem ordinet, ordinat usque,
Sic ut quisque sua contentus vivere sorte
Debeat, et cupiat nunquam majoraque tentet.
Attamen, ut tales an tales simus, in illa
Non stat: Fortunę est, nigri nascamur an albi,
Liberi an ingenui, claro obscurone parente.
Sed quales simus, nobis hoc pendet ab unis,
Atque illis, quibus imbuimur pueri artibus olim.

Mel. Mepi, tamen nunquam imbellem prodire columbam
Ex aquila videas magna, leporemque leone.
Virtutemque in equis cernes vitulisque parentum.

Mep. Nec genere ex hominum bos unquam prodiit ullus,
Aut equus, aut serpens; genitalia namque cuique
Corpora sunt generi, sic ut nec ovesque capręque,
Nec lepores possint nisi oves generare caprasque,

Et lepores; quod inest certis secreta facultas
Rebus, quam mutare valet nunquam ulla vetustas.
Mel. Nescio quid majus certe, et pręstantius, ac nos,
Nobilitas pręfert. Cerne incessumque sonumque
Vocis; cerne os, gestum, lineamentaque vultus,
Cerne ipsum corpus. Quantum corvosque palumbes,
Turturibusque solent bubones vincere nati,
Exsuperant tantum nos rebus in omnibus illi.
Mer. Hoc totum non naturę, Melibęe, sed artis
Esse reor. Miseros homines, si hac arte carerent!
Ut generosus equus nullis domitoribus unquam
Prima ętate datus, qua fert vagus impetus, illac
Effrenis sine lege ruit, perque avia currum
Dirripit, hucque illuc pręceps incursat et errans;
Sic sine doctrina fluitant ab origine clari.
Mel. Si quod opus tractat tamen, et si suscipit artem
Nobilitas aliquam, non fas est dicere, quantum
Excellat! nemo versus nec scribere plures,
Nec citius possit; nemo nec membra movere
Mollius, armorum nec pulcrius edere ludos.
Mer. Cur, Melibęe, tamen pręclara stirpe creati
Non omnes aut ingenio sunt pręditi acuto,
Aut quibus in rebus magni eminuere parentes,
Non clarent nati, sed sunt stupidique hebetesque
Non pauci, fortisque ducis nati otia semper
Pacis amant, alii musarum castra sequuntur
Partim, partim aliis malunt excellere rebus?

Ingenium sive deflueret de sanguine patrum,
Et nati colerent, quas excoluere parentes
Artes, atque itidem mente ingenioque valerent.

Mel. Meri, ita tu sentis, quia nunquam quanta facultas
Quantaque naturę sit vis, attendere cures.

Mer. O Melibęe, ita tu attendas, vis quanta sit artis,
Ut nihil addubito, anteferas quin protinus artem.

Mel. Quot natura homini, quam pulcraque honestaque pręstet!

Mer. Quot sollers ratio invenit, melioraque fecit!

Mel. Naturę ingenium segetes et vina ministrat.

Mer. Ars mollit fruges, ars pręssis exprimit uvas.

Mel. Naturę vis argentum ~~progignit~~ progignit et aurum,
Albentes fingit ~~…~~ conchas, pictosque lapillos

Mer. Tellure argentum sola ars atque effodit aurum;
Conchas sola rudes polit informesque lapillos

Mel. Aspice: quot pendent ramis gratissima poma,
Quam varia! hęc virtus naturę protulit almę.

Mer. Aspice: quot frutices stant tantum fronde comantes!
Hos ars fructiferos facit insitione reperta.

Mel. Omne animale genus natura creavit ad usum
Humani generis, contenti ageremus ut ęvum.

Mer. Omne animale genus sola ars convertit in usum
Humani generis, sine qua foret utile nullum.

Mel. Vesper adest, Meri; et tempus res longius optat.

Mer. Laudandęque arti satis est mei ~~ne sit~~ sat Nestoris ętas.

Gratiarum Actio.

Nunc est jam tempus grates persolvere vobis,
Qui nos ornastis nostraque tam faciles.
Sed quid ego hoc coner, qui vix scio reddere vocem?
Mirum etiam, certo si pede signo solum.
Non etenim, quod vulgo ferunt natura poetas
Efficit; in versus ars quoque prębet opem.
Quin ars hic etiam naturę pręstat, inertes
Ut nunquam scribant carmina digna cedro.
Expectate ergo, condendi carminis artem
Dum disco; tum, non paucula, mille dabo.

[illegible]

2ª Dissertazione latina. –

(versi e prosa)

Etsi nihil minus instituti no=
stri videri potest, quam ut plus justo ab scholasti=
cis rebus declinemus, varietatibusque distinguen=
do exercitationes et audientibus velut diverticula
amęna, et requiem animo quęramus; pręsens tamen
anni tempus eas cogitationes, quibus ut aliorum, ita
nostrum pariter animum volutavit ac volutat, evocat
in medium, cogitque, pene dixerim, relictis bonis ar=
tibus ac disciplinis, de certis anni temporibus dispu=
tare. Quis enim velit ęstatem esse perpetuam? imò
quis eam non optat aut minus calidam, aut quantū
maturandis dumtaxat fructibus satis sit, diuturnam?
Calores isti ingentes qui ne tectis quidem conclusisque
locis arceri possunt; deinde ea, quę necessario con=
sequuntur, desidia, pigrities, et ignavia pene ad om=
nia; stomachi deinde languor, et difficultas conco=
quendi vel facillima ad concoquendum; tum cibi
fastidium ac nausea; deinde et volutatio nocturna
corporis per lectum, et somnus vel frustra quęsitus
et provocatus; vel si tandem comprehendit, neque pro=
fundus neque longus; tum alia quę superveniunt in=
commoda corporibus animisque, non possunt non ita
mortales afficere, ut aliam quamlibet anni partem,
hiemem inquam ipsam jure ac merito exoptare
videantur. Quid enim? et defendi frigus vel acutis=
simum potest; et tempore surgit orexis, et stomachi
vires

vires vigent et dormitur suavissime, et omnis lassitudo
longissime abest, et difficilia cum suscipi alacriter
solent, tum facillime confici; cum per ęstatem ipsę
etiam nostrę hę exercitationes, quę usque adeo nih
il habent incommodi atque molestię, ut et a Latinis
ludi et a Grecis σχολαί, hoc est otia dicantur, gra
vissimę videri soleant, atque difficilimę. Quamquam,
aut nos latet rerum veritas, et quod est in adagionibus
ęra a lupinis distinguere nescimus, aut nullum anni
tempus vere est et autumno nec commodius, nec ju
cundius, nec bonorum prope omnium affluentia
ditius, nec in quo minus sit incommodi et moles
tię, nec quod tam sit ad exequendum munus om
ne aptum atque accommodatum. immo eiusmodi sunt
utraque ut de iis diversę sint hominum sententię,
verque alii, alii autumnum cupidissime pręponunt.
Hoc nimirum est illud, de quo quęrere faventibus
vobis hodierna exercitatione statuimus, Verne an
autumnus pręstabilius anni tempus sit; idque dum
facimus nihil nos nec ab instituto nostro discessu
ri nobis videmur, quibus ad dicendum subjec
ta est omnis quęstio, neque a tempore alienum factu
ri, qui de anni partibus disputationem instituimus,
quarum altera proxime effluxit, altera appropin
quat, et de quibus cum ferme quotannis privatim in
utramque partem dici soleat, numquam tamen potest
sine

sine aliquo publico judicio disceptari.

Ver autumno præstabilius.

Tot sunt, tamque honorificæ, quæ ad veris dignitatem præstantiamque ab hominibus doctissimis laudes congeruntur, ut media in luce cæcutire videar, si autumnum præoptem. Formosum tempus dicitur ab Ovidio; formosissimus annus a Virgilio; purpureum et aureum ab Oppiano, utribe, et rub[illegible] rursus a Virgilio; pars anni probatissima ab Herodoto; a Gregorio Nazianzeno, cui Teologo cognomen, princeps anni pars et regina; nemo denique homo est, qui, temporum injecta mentione, maximopere ver non probet, alliisque anni temporibus anteponat. Et vere. Qui enim tunc splendor Cæli! quæ [illegible] solis quotidie se attollentis quæ claritas Lunæ! qui syderum chorus quamque rutilans, et purus! Vere ut fluctus cum litoribus, ut nubes cum sole, ut venti cum aëre, terræ cum stirpibus, et stirpes cum oculis in gratiam redeunt! Vere et fontes limpidiores, et flumina uberiora, et prata suaviter olentia, et seminaria omnia virescentia: et agni per læta pabula persultantes, et paucis verum expediam, omnia vere pulcherrima sunt, formosissima, atque jucundissima. Quid simile autumno? immo quid non diversum, ac prope contrarium? Non ad cubilia animantia

spec

spectant? Non viriditatem quotidie deperdunt frondes, et arboribus passim decutiuntur? Non prata nudantur? Non flumina turbantur? Non denique omnia, quæ verno tempore in dies singulos et auribus jucundiora accidunt, et oculis reliquisque sensibus majores afferunt voluptates, quotidie magis per autumnus minuuntur, et quidem ita imminuuntur, ut vere ad interitum videantur? Mihi certe, mihi autem? immo omnibus non possunt non molestæ esse ac senio summe, tum nubium cælum obscurantium plerumque continui nimbi, tum dies illi noctesque quam longæ largissimis imbribus humanum genus domi continentes, tum autumnales soles, si quando illucescunt, et ita languidi ut occidere jam putes, et ita similes atque a nobis quot diebus recedentes, ut nostrorum corporum umbras admirabiliter producant, et proceriora omnia meridie reddant, quam vespere alias et occidentes efficere solent. Quæ omnia cum considero, et cum mecum ipse reputo, quot sint et quanta, mirari profecto satis non queo, quomodo veris pulcritudo ab aliquibus possit non dicam elevari, sed in contentionis quasi judicium cum autumno revocari. Quamquam quidem jucunditatem veris pluribus coner ostendere, spectantibus omnibus ac fortunantibus ad illa tanto jucundiora, quanto utiliora, magisque hominibus necessaria, quibus abundat Autumnus? Hoc

vida

videlicet veris est pręcipua in laude ponendum, nihil unquam potuisse nec ęstate, neque autumno in totum consequentem annum condi, et componi, nisi ver semper pręcessisset, omnium, quę terra gignit, causa et principium non modo, sed etiam altor, ut ita dicam, et conservator. Pręterquamquod enim omnia ver aperit, et, ut est in secundo Georgicorum libro Virgilii,

Vere tument terrę, et genitalia semina poscunt,
Parturit omnis ager, Zephyrique tepentibus auris
Laxant arva sinus, superat tener omnibus humor,
Inque novos soles audent se gramina tuto
Credere;

Quid tamen futurum foret, si minutissima illa frugum ac stirpium semina, haud ita dudum mollito gremio terrę subactoque mandata nondum satis nixa fibris, nec actis alte radicibus vitam dumtaxat aliquam motumque adepta, vel ęstivis caloribus vel pruinis, ac frigoribus exciperentur? Vexarentur omni Cęli inclementia antequam vel pingui solo et terrę succo vel calido fimo et stercoratione vel repastinatione educta et emissa aurę permulsissent, sol confirmasset, imber eduxasset? extinguerentur res omnes nondum adultę gravi incumbente ęstate et autumno frigescente nequaquam se se diffundere, et ilicere suam viriditatem, ali denique et corroborari sinerentur: quas Cęli indulgentia

gentia et tanta illa veris caloren inter et frigus qui es fovet, eoque nutriendo perducit, ut omnis generis frugem maturas jam viribus ferre possint. Veniant igitur tum æstas, tum autumnus, et suas alter pomiferas, spiceas coronas altera ostentent, et jactitent; modo fateantur ut effecta ferre omnia suæ quodque causæ ac principij excelentiam sua longe majorem esse semper ostenderunt, similiter quidquid commodi utilitatisque afferunt hæc duo anni tempora, ita omnino veri acceptum ab se reffarri oporteret, quemadmodum flumina fontibus, et segetes seminibus, et radicibus arbores sua omnia, si loqui possent, se debere confiterentur. Sed æstatem mittamus, de qua tum demum dicendum foret si hieme molestior esset, nec ne, quæreremus. Ita verno verò tempore eiusque magnitudine quid senserint Græci omnium nationum, ætatumque judicio facile sapientia principes, hominumque ipsorum sapientissimi et eloquentissimi, illud habetote ex Aristotele Periclem, cum orationem funebrem haberet, dixisse juventutem prælio absumtam ita fuisse è Civitate sublatam, non perinde ac si autumnus sed quasi ver ex anno sublatum esset. Non sum equidem nescius ab Herodoto hanc vocem tribui Geloni Syracusano, et vero tribui in rem aliam, sed quicumque eius est auctor sive Periclem sive Gelon, sive quis alius, et in quam demum cumque rem pronunciata, mihi ad veris laudem, quam quæro, satis est

de

de re eximia prędicari, et verissime prędicari. Age enim, utrum tandem tempus prius existimas ab hujus universitatis opifice conditum? utro horum temporum hanc ipsam universitatem? si paucos quosdam consulas, Hebręorum nonnullos, et e Christianis Lyranum, Abulensem, Oleastrum, et Ariam Montanum, per Ęquinoctium autumnale omnia hęc quę supra et subter sunt, facta judicabis. Sed res non est ita. Verno enim tempore condita omnia, ex Gręcis Patribus affirmat Cyrillus Cathechista, Gregorius modo laudatus, Damascenus, Athanasius, et Theodoretus; Verno tempore a Latinis Ambrosius, Gaudentius Episcopus Brixiensis, Isidorus, Beda, Rabanus, Magister historię scholasticę, et vero alii plurimi; verno tempore Concilium Palęstinum Pontifice Victore, Preside Theophilo anno ab humani generis Redemptione 198 celebratum. Quid multa? verno tempore Mundum editum senserunt et Ethnici; ut Plinius his verbis: Arborum flos est pleni veris indicium, et anni renascentis; ut vetus Poeta qui cecinit:

Ver novum, ver jam canorum, vere natus est orbis.

ut Lucretius, cujus est illud lib. 6.

At novitas Mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios ęstus, nec magnis viribus auras;

ut Virgilius, qui Georgicis ait:

Ver illud erat, ver orbis magnus agebat,

Cum

Cum primum lucem pecudes hausere, virumque
Ferrea progenies duris caput extulit arvis,
Immissæque feræ sylvis, et sydera cælo:

ut veteres Philosophi qui Lactantio teste non fuisse in principio mundi hyemem, atque æstatem, sed perpetuum ver, aperiam, et ver æquabile docuerunt. Quæ cum ita sint, etsi multa alia suppetunt, quæ pro vere afferre vobis possim, tamen hæc satis esse arbitror, et abunde, ut quivis sibi persuadeat ver Autumno longe esse præstabilius

Autumnus vere præstabilior

Non dubito, plerosque vestrum, Auditores, ea, quæ pro vere dicta sunt hactenus, non solum attente, sed curiose etiam audivisse; immo cum ad dicendum surrexit hic tempo=ris illius vel defensor, vel laudator, in magnam quand=am expectationem erectos esse, quid tandem, quod pro=baretur, in hanc posset amplitudinis plenissimam lucem afferre. Ego vero ita sentio, usque adeo omnibus esse de autumni præstantia persuasum, ut ne Demos=thenes quidem aut Tullius, si reviviscerent sua illa Flex=anima, atque omnium Regina rerum eloquentia exprimere, et extorquere possent. Quibus ergo argumentis te censes uti oportere, ut hoc, quod in communibus hominum sensibus, atque in ipsa natura positum, atque infixum est, evellas extorseris? Alia, mihi crede, longe alia

alia, quam florum varietas, quam odorum suavitas, quam leniter spirantes Zephyri, quam læti, et sereni dies, et his similia requirebantur ad æternam hanc, animisque altissime insculptam persuasionem, quasique naturæ anticipationem exculpendam. Suave enim, non inficior, suave est convestitam floribus terram cernere; sed quanto suavius incurvescentes pomorum ubertate ramos? jucundum est variorum colorum floribus oculos pascere; sed quanto jucundius alijs atque alijs coloribus pro sua quamque genere et uvas, et mala, et pyra, aliaque poma imbuta conspicere? Quid vero de odorationum voluptatibus dicam? Tibi habe omnes illas suavitates, quæ afflantur a floribus; admove tibi, per me licet, ad nares quando lubet, et quantum lubet, rosarum, liliorum, aliorumque florum fasciculos; fere etiam pulvinis perlucidis Melitensi rosa farctis; coronasque allabora capiti, collo, brachijs; modo pomorum jucundum non gustatum solum, sed odoratum etiam, et adspectum nobis relinquas. Adeo ne putas ineptos homines esse, atque imprudentes, aut potius amentes, ut levia sibi malint, fucata, et caduca quam durabilia, quam solida, quam gravia decerpere? Puellis pueris(que) is hæc proponito, quam quam hi quoque, si florum, pomorumque vim apposueris, nam si optionem non dederis, illis statim neglectis, in hæc cupidissime manus inijciant, et certatim quam plurima

sibi

sibi quisque in gremio reponent. Horum, inquit, omnium causa ver est, et principium, metuebam ne hiemem diceres; omnium enim, quæ verno tempore nascuntur, sinu terræ compressa semina hiems cohibet, et complectitur. Sed vide etiam, atque etiam, quid agas. Si enim tantum veri tribuis, quid est quare idem ego non dem anno superiori, idem alteri, tum aliis, qui effluxere, donec in immensum, et in prima Mundi primordia cadamus. Quid enim habuisset quod redderet ver proxime elapsum, nisi a superioribus temporibus accepisset? Sed stulti nos sumus qui anni tempestatibus potius quam terræ, soli, auræ, et aquæ, unde non solum Physici, sed agricolæ etiam oriri, et ali omnia arbitrantur, fruges acceptas referimus. Verum esto, Ver omnia gignat, ver omnia firmet, et adversus omnem impetum vimque temporum consequentium corroboret. Utrum tandem censes esse meliore conditione? utrum prosperiore fortuna uti? Eumne, qui bene sibi futurum sperat, an qui quod speravit, aut inibi est, ut consequatur, aut jam consequutus est? Eumne, qui suspensus et incertus obscura spe pendet, an qui securo animo est, et tranquillo? Eumne, dominum, cui sua omnia sub multos sunt casus prorsus obnoxia, an qui ea in cella vinaria, olearia, et panaria vel condit, vel condita habet

et

et composita? Quod possunt accidere et quanta quę
omnes opes, quę fruges omnes, lętissimas verno
tempore et plurima pollicentes auferant! Lucretium
audi: Et tamen interdum magno quęsita labore, Cum
jam per terras frondent atque omnia florent, Aut
nimiis torret fervoribus ętherius sol, Aut subiti
perimunt imbres gelidęque pruinę, Flabraque
ventorum violento turbine vexant. Horatium audi:
et verberatę grandine vineę fundusque mendax
arbore nunc aquas culpante, nunc torrentia agros
sydera; et quę sequuntur. At non eadem fer-
re multo ante Xenocrates in Axiocho, nec deni-
que omnes, qui de agricultura pręceperunt? Sed
quid ego a veteribus, et absentibus argumenta colli-
go? Qui noster metus cum diem nimborum occęcat
nigror? Quę sollicitudo, cum flammę inter nubes
coruscant et cęlum tonitru contremit? Quę vero
tenebrę, cum grando mixta imbri largifluo su-
bita pręcipitans cadit? Cum undique omnes ven-
ti erumpunt? Cum sęvi exsistunt turbines! Atque
hunc quidem nimbum, item alios mox alios tran-
siisse sine fraude facito, ut nullam calamitatem
tua ceperint prędia; parum ne tibi tamen vide-
tur esse, nunquam per totum vernum tempus, et
ęstivum ab angoribus, sollicitudinibus, diurnis,
nocturnisque timoribus, ne horę momento tua

omnia

omnia absumantur, conquiescere? Parum ne sem=
per quam agitare cum metu, ne segetes, ne arbores
omnes suas spes repente mentiantur? Quanto secu=
rius autumno vivitur, quantoque tranquillius et
beatius? Sive enim calamitas aliqua incidit, et
segetibus, aut vinetis tempestas nocuit, minus sem=
per solent, quam impendentia, mala preterita
afficere et commovere. sive boni superi tempesti=
vas aquas terris concesserunt, rubiginem et omne mo=
rborum genus ab agris averterunt, ceteraque fru=
gum pericula pepulerunt, ut maxima fructuum
ubertas, varietasque supersit. Tanto autumnus ve=
re judicandus est dulcior quanto alter altero
et ipse propior est fini, et nos magis laetos affi=
cit contentos, et, quoad eius fieri potest, etiam be=
atos. Nam quod tertio loco de vere dixisti, hanc
rerum universitatem verno tempore esse conditam,
quaero non abs te, qui nihil tale ne somniare
quidem ipse potuisti, sed ab iis quorum aucto=
ritatem attulisti unde id scierint quis tam locu=
ples testis id illis dicere potuerit. Ego enim
quemadmodum scriptores eos unde hanc sen=
tentiam tuam confirmasti maximi facio, ubi
de religione nostra (ethnicos etiam nihil mo=
ror) de pietate de disciplina morum agitur,
immo tanti facio ut piaculum putem nullo
modo

modo expiandum ab illis tantillum in hisce re=
bus discedere. ita ubi, ut hic, conjecturis res tota
continetur, liberum cuique esse debere arbitr=
or duarum opinionum aut neutri, aut alteru=
tri quę probabilior videtur esse, adherescere.
Tibi videlicet verno tempore conditus est orbis,
mihi Autumnali. tu tuę sententię auctores lau=
das, ego meę; tibi qui prętiverunt, id pene conje=
cerunt e germinante terra cum creatus est homi=
num parens, qui mihi a pomo, quod homini Deus
interdixit. Quod quidem pomum si ficus fuit,
quod nisi fallor Divo Fulgentio visum est, prete=
rea si e ficuum folijs, quod sacrę literę diser=
tissime testantur, perizomata sibi Adam et Eva
fecerunt, tum si pelliceis vestibus Deus illos ad=
versus cęli inclementiam convestivit, et si om=
nia hęc, Adę scilicet [p]eccatorum frondium van=
italia pelliceaq vestes [uno] eodemque die, quo
conditus est homo ut plerique scriptores Sacri
existimarunt, contigerunt; Quid est, quare non
exeunte potius ęstate, et ineunte autumno, quibus
temporibus conveniunt illa omnia, quam verno
tempore creatum Mundum esse judicemus? sed
preterquam quod nihil certi est, ne[c] esse nunc
potest de creati Mundi tempestate, quid isthuc
tandem pertinet ad id, quod quęrimus? Quid
vero

vero ad extirpandam penitus Gentium, et populorum omnium de Autumni pręstantia institutionem, persuasionemque? Vere enim nemo nisi re aliqua agraria avocatus, rusticatur; Autumno omnes, verno tempore nulla familia rus se recipere solet, Autumno totę, idque quotannis; et quod admirabilius est, ii etiam, qui villas non possident, ad conducunt, ut rusticari possint; quod vero magna est admiratione dignissimum, artifices ipsi, tametsi iis rure non servus est, neque arca, nec cimex, nec araneus, nec ignis, tamen quod fieri potest rusticatum festis diebus sese effundunt, ut exhaustę hominibus urbes sępę sint, et in frequentissimis locis summa solitudo. Ut, quod initio diximus concordissimo hoc, constantissimoque omnium mortalium consensu, atque decreto fateri quivis debeat, Autumnum veri omnibus in rebus antecellere.

Autumnus morbosus

O quę principio nil pręter tristia flesti,
 Nunc ades, et nexus solve, Elegia, comas.
Autumni ingredior morbosum pandere tempus,
 Quamque neci soleat corpora multa dare.
Unde id contingat, nimio seu frigore, et ęstu
 Alternante graves, terque quaterque dies,

Sive

Sive quod Autumnus per corpora aperta meatus
Obstruit, atque intus qui vapor exit agit;
Seu quod pomorum, quorum hæc pars fertilis anni est,
Mire corporibus copia larga nocet.
Temporibus certe reliquis non fœdius unquam
In genus humanum febris acerba furit
Nunquam alias pueris pater, et matercula pallet
Valdius, aut sævit trux Libitina magis.
Hippocrates testis, cui, Libram sole tenente,
Esse febres longe pestiferasque solent.
Tunc si vis morbi sanis latet abdita membris,
Corripit gravius, quo mage tecta fuit.
Tunc qui crudeli tabe atque Hydrope laborant,
Dum sperant sese vivere, morte cadunt.
I nunc et precibus festa autumnalia Divos
Posce; sed, hæc ne sint ultima, multa cave.
Nemo est autumno eximius; gravis omnibus ille,
Haud ipsis parcit Regibus, haud populis.
Quando etenim incubuit ni autumno tempore terris
Virgilii illa modis nobilitata lues;
Quæ aereas alpes, Castellaque Norica quondam,
Arvaque vastavit nostra et Iapidiæ?
Proh! Pietas et sancta Fides! avertite in hostes
Tam dirum nostros taleque prodigium.
Corripuit primo fervor caput igneus illis,
Binaque suffusa lumina luce rubor.

Sanguine

Sanguine sudabant fauces intrinsecus atro,
Vocis claudebant ulcera sęva viam.
Hinc animi interpres manabat sanguine lingua,
Et motu gravis, et debilitata malis.
Inde ubi per fauces compleratmorbida pectus
Vis, et in ipsum cor fluxerat exitium;
Quam terrum ore foras altus volvebat odorem
Spiritus! Abjectum non ita corpus olet.
Quęrebant miseri flagrantem pectora flammam,
Et rabido ardentem pellere ab ore sitim.
Captabant alij ventos et frigora ad umbram.
In fluvios alij torrida membra dabant.
Multi praecipites puteorum humoribus altis
Totum immittebant, ore patente, caput.
Ast ubi sperabant solamen dulce malorum,
Efflabant vitam (proh dolor!) exanimes.
Quocumque aspiceres, mortis crudelia ubique
Signa, et ubique aderat luctus, ubique pavor.
Tristę supercilium, vultus furiosus et acer,
Plena sonore auris, anxia, sollicita.
Humor per collum sudoris splendidus, ore
Tenuia sputa, gravi et tincta colore croci.
Compressę nares, suprema ad tempora, acumen
Primoris nasi tenuis, oculique cavi.
Cum capitis multus super his persępe dolore
Marcidus exibat nare ab utraque cruor.

Rictus

Rictus inhorrebat; tum dura et frigida pellis.
Vicinæ mortis omnia signa dabant.
Nec spes ulla fugæ, nec spes erat ulla salutis;
Mussabas cum herbis tu quoque Phœbe, tuis.
Jam quorum illius quis cladem aut funera fando,
Sint centum ora licet, explicuisse queat?
Strata viis æquam ponentia corpora vitam,
Funeraque adspiceres incomitata vagi.
In domibus contrusi alii fætore monebant
Sese non paucos ante periisse dies.
Cernere erat natis super exanimata parentum,
Et super his natûm corpora concidere.
Singula quid memorem? taurosque, canesque, suesque
Ipsos corripuit pestifera illa luas.

Ver morbosum

Si quidquam de te merui Semeleia proles,
Et tua devoto pectore sacra colo.
Bacche bimater, ades, Dircæaque linque parumper
Culmina. Res agitur, candide Bacche, tua.
Sunt etenim sacrata tibi qui tempora carpunt,
Et tentare hominum corpora sana putant.
Siccine, quos morbos ferventior excitat æstas,
Quos calor ægrotes primaque ficus agit;
Hos quisquam Autumno tribuat? febriumque malarum,
Quarum

Quarum est causa æstas, principium omne dabit?
Temporibus cunctis vexantur corpora morbis;
Nec semper verno tempore læsus eris.
~~Tum~~ Quin etiam motu humoris quæcumque novantur,
Hæc magis Hippocrates vere timenda docet.
Tum nimirum oculi graviter lippire videntur:
Corpore tum vario pustula multa tumet:
Tum pravi humores coeunt; tum sanguine nares
Manant; densa onerat tum pituita caput.
Tunc angina oritur; ~~nunc~~ tum bilis cogitur atra;
Tunc sedet in nervis articulisque dolor.
I nunc, et ~~verum~~ vernum præ autumno ponito tempus,
Autumnoque canas esse ~~[illegible]~~ salubre magis.
Nam, quando nisi vere novo miseranda coorta est,
Quæ vis vastavit morbida Cecropiam?
Quando, Copronymo quæ sævit horrida rege,
Quæque ~~[illegible]~~ prius Romam est depopulata novam?
Vere coorta novo est, quæ exhausit civibus urbem,
Quam Florentinis dividit Arnus aquis.
Quot tunc, quamque ædes magnæ palatiaque ampla
Omnino Dominis sunt viduata suis!
Quam claræ gentes, et quam patrimonia opima,
Quanta herede suo tunc caruere bona?
Quot robusti homines, juvenesque oriente valentes
Sola neci fœdæ nocte sequente dati?
Quodque est mirandum, tot funera pestifer aer

Edidit

Edidit a Martis mense ad Iuliadem.

Nempe salutiferum ver est; plenusque periclis
    Autumnus plenus stragibus atque rogis.
Autumno circum ventosa cucurbita fertur;
    Autumno venas lucida tundit acus.
Autumno malvęque leves, et choreaque in usu;
    Autumno auget opes pharmacopola suas.
Oh hominum ignarę mentes! quot quantaque secum
    Autumni apportat temporis hora bona?
Nil tunc sedulitas urbana, et opella forensis,
    Corpora quod possit lędere, habere solet.
Rure agitur quodcumque libet, nec limina regum,
    Nec sunt magnorum tecta adeunda virum.
Quam sanum Cęlo spatiari atque aere aperto
    Sternere se ad rivum prętereuntis aquę!
Sint rura et villę tantum quas incolis; atque
    Cęlum etiam, in quo habites, usque salubre legas.
Nec febres ullę, nec membris ulla nocebunt,
    Mœnibus inclusos quę mala sępe movent;
Pręsertim autumno nullos cum terra vapores
    Eclat, qui vires afficiantque caput.
Esto: autumno etiam sua sit vis morbida, quando
    Nulla vacant causis tempora lęthiferis.
Non venit in mentem, quam sit fructique salubris,
    Grata per autumnos quę venit uva dies?
Illa atram bilam purgat, stomachumque gravatum,

Pręsertim

Pręsertim si sit roscida, lęta, lavat.
Illa auget vires et membra valentia reddit;
Illa senes renovat, roborat illa viros.
Nervi atque articuli graviter tentantur? in uvas
Mergito calcatas, et cito sanus eris.
Singula quid memorem? sunt, uvę, sive recentes
Seu passę, haud paucis certa medela malis.

Ver floriferum.

Laudabunt alii ambrosiam claramque anemonen,
Batrachium violamque rubentem.
Sunt, qui fictilibus gaudent caryophila in hortis
De patulis monstrare fenestris
Hęcque omnimode genere et vario depicta colore.
Lilia perpetuumque amaranthum
Plurimus in flore celebrat violentis honorem,
Aut hyacinthum dulce micantem:
Me nec tam bellis, nec tam vaccinia, et hortis
Per lepidos vignosque ligustra,
Quam rosa percussit rosa divum hominumque vo- (luptas;)
Delitię Charitum Venerisque;
Magna poetarum rosa semper cura laborque;
Doctarum rosa amica sororum.
Quid fiat, quęso, tam pulcher flos et odorus
Si dapibus desit Bromioque?

Non

Non roseis canitur digitis Aurora venusta?
Non roseis Dryadesque lacertis?
Non roseo clara ipsa Venus celebrisque colore?
Est aegris rosa dulce levamen;
Est rosa et extinctis servatrix certa, nec ullo
Tempore se patitur violari.
Immo rosae unius grata accedit ipsa senectus,
Vel tum aliquem retinentis odorem.

Autumnus Pomifer.

Mala quis enumeret, quae autumnum plurima tempus
Suppeditat, non pulcra colonis
Duntaxat visu, sed vel iucunda palato
Et gratum redolentia late?
Ipse etiam, quae prima canam, quaeque ultima dicam,
Cum tot sint genera, ambigo prorsus.
Fert animus species etiam celebrare pyrorum,
Quaeque manent diuturna mensis;
Quaeque apponuntur matura ex arbore lecta
Ni labor Herculis esset et isthuc.
Te Pomona, tamen, te semper plurimum amabo
Propter tradita Persica nobis.
Qui color est illis? qui odor? caput ut levat alter,
Ut similis carni sapit alter?
Qui vero succus? quem toto prolicit ore,

Qui

Qui modo dente momorderit illa!
Nil ego quęsierim melius, si Persica possint
Ferre dies hiemesque rigentes.
Sed bene consuluit variatas ęquus in horas,
Humani generis sator atque
Custos qui, pręterque nuces et amygdala tardos
Tempora conciliantia somnos,
Prompsit et ficos. Quid enim jucundius illis,
Arbore seu stillantibus alta,
Seu te siccatas sincero in vase cadove
Malueris servare repostas?
Quam tibi jucundum albescentes cernere apertas,
Nescio quid tamen usque rubentes!
Quam tibi suave, rosę veteris dum cęteri odore,
His dapibus ita vivere opimis!

Veris poma pręcipua.

Jari plurima mi licet
Quę ver semper amat poma novum dare,
Sed quo fraga levant sui
Plenum? quę in nemora, aut quę auferor in juga
Velox mente nova? quibus
Hortis eximium versibus audiar
Fragorum meditans decus
Stellis inseruisse, atque epulo Jovis?

Pomum

Pomum insigne canam, diu
Sylvis atque rubis; ah! nimium diu
Corrumpi misere situm:
Si non Najades, et Charitum chorus
Palantes manibus cavis
Carpissent teneres fraga ita olentia,
Passim ut per loca florida
Discurrunt tenere, Cloridos ut legant
Læta munera virgines.
Pomorum o Italo Diva potens solo,
Fragis dulcibus ut tuis . . . .
Hic nobis varios vere novo hortulos
Mirari licet! Ut bibunt
Nares ambrosiis aerem odoribus
Æquum! jam tibi, maxime
Divum, nectar habe et nectare suavius
Si quidquam astra super tibi est,
Me tellure humili fraga beant satis,
Seu vix lacte meo rubis,
Seu lyris Bromij mersa liquoribus
Alboque obruta saccharo,
Seu servata nobis plurima ut artibus.

Autumni poma precipua.

Cum Clio fide Lesbia,

Aut

Aut ~~...~~ sumit bifori dicere tibia
Udis consita in hortulis,
Sive innata jugis fraga rubentia;
Uvę quot subeunt mihi
Dicendę, quibus haud omnia singulis,
Tellus quotquot alit ferax,
Certent quo eximio cumque licet bono.
Dicam ne Ammineam, mera
Quę fert a senio vim capientia?
An cui dat decus insula
Ęgei Thasus, et splendida nomina?
An mensis Rhodiam alteris
Acceptam? Pretias, et Mareotidas
Albentes? an aromate
Quę linguam afficiunt validius Indico?
Sed nec quot species ferrant
Terrę, nec quę habeant nomina scilicet
Est ullus numerus; velit
Quam qui scire, velit dicere verticas
Quam multos Lybici ęquoris
Decertans Aquiloni excitet Africus,
Aut ęquoris ubi nimbifer
Eurus navigiis incidit impetu,
Quot qui Jonio ab mari
Fluctus adveniant naufraga littora.
Hoc pręstabile, quod color

Non

Non est unus ubique omnibus aut sapor
Idem viribus: abs loco
Sumunt ac specie nescio quælibet
Semper quid proprium et suum,
Nec commune aliis. Aspicis ut rubræ
(Rubellas vocitant prope
Qui sunt Goritiam et Iapidiam tenent)
Quam sint dissimiles sibi
Hoc rubræ, atque alio dissimili in solo?
Pucino eripies decus,
Si diversa feras in loca palmites.
Sic, cui nostro alumni levem
Patri dant titulum, gratia ac inclyta est;
Et cui vina super nigra
Mira nigredo locum detulit omnia,
Refuscum vocitantibus
Cuncti, vina quidem gignere dulcia
Et fumosa solent, nihil
Quæ cedunt cypria, haud austria pocula;
Non reddunt tamen omnibus
In terris eadem munera consitæ.

Vini mala.

Ultra sauromatas fugare hinc utraque liber
Laponiam, cum laudari aumminalia vidi

Iam

Jam valde, propter quod gignunt in tempore vinum;
Hac una cum de causa sint scilicet omni
Digna odio, canibus rabidis atque anguibus ipsis
Deteriora. Quibus quantisque malis genus esset
Humanum minus infestum, si tempore nullo
Unquam pestiferę uvę maturescere possent?

Primo fige loco, quod qui bibere incipit, ille
Paulatim usque adeo imprudens solet esse bibosus,
Ut vel non sitiens nec opinus pocula potet.
Morbi alii, vexant hominem qui plurimi, et annis
Et causis aliis aut intermittere suerunt,
Aut etiam interdum vexatis prorsus abire.
Sic exempta fames et amor compressus edendi
Carnium in rabida esurie ingluvieque voraci.
Hic intermittit nunquam ~~nunquam~~que reliquit;
Immo magis crescit semper, sic ut cyathi adsint
Noctes atque dies; qui quo sunt sæpius hausti,
Hoc magis exaugent ~~[illegible]~~ rabiem ardoremque bibendi
His arent semper pulmones, linguaque adhęret
Faucibus: hos terram sicco spuere ore videbis
Semper, dum tandem turgescens conficit hydrops.

Quod mala pręcedant quæso tamen aspice. (Primum)
Vina solent toto diffundere corpore frigus
Nescio quod, propriumque illum, quo nempe vigemus,
Natura idcirco injectum extinxisse calorem;
Prorsus lignorum parvos extinguit ut ignes

Copia.

Copia, quam sit opus, major conjecta camino.
Tum lędunt cerebrum, nervos, atque occiput; atque hinc
Non raro infertur membris Apoplexia; et ista
Interdum partes, interdum corpora tota
Infestat. Quid ego morbûm genera omnia dicam?
Vinosis non raro spasma, stuporque, tremorque,
Vertigo, tenebrę, manuumque pedumque dolores,
Denique vinosis quid non morbi incidit usque
Dum tuba, candellę; tandemque extendere calces
In portam debent rigidos, Phlegerontis in undis
Arida in ęternum madidentes viscera tempus.

En quo deducunt Autumni maxima grati
Munera. Nec satis hoc; sed, quanto est corpore major
Altera pars hominis, quanto prętantior est mens,
Tanto est Autumnus, qui damnosissima menti
Profert, damnandus magis. Et quę valdius uno
Mentem hebetant vino? quę sunt quę oblivia rerum
Majora inducant vino? vino omnia mentis
Munera tardantur: vino intellectus acumen
Et vim perdit, uti nec res distinguere possit,
Quas olim novit, nec quę obsignata tenebat
Et memori mandata animo, pro tempore, pro re
In proprios queat, aut alienos vertere in usus,
Ipsa hominum, cum queis vivit, non nomina raro
Oblitus. quid enim memorem, quę vespere dixit
Aut facit, nil mane novo meminisse? vel ipsos,
~~Qui fugiunt vinum omne, sitimque fluentibus undis~~ Qui

Qui fugiunt vinum omne, sitinque fluentibus undis
Pellunt, immemores somnus facit. Ebria vero
Corpora tanta animi caligo, oblivio tanta
Invadit, praeter vinum ut nil caetera curent.
Hinc male rem gerere, hinc vinosos saepe videbis
De Croesis Iros fieri, de divite et amplae
Fortuna in miseram prolabi atque omnium egenam.
Illuc praevertamur, quod mores vitiantur
Usque boni vino commendandique frequenter
Longior hic essem sane, si singula vellem
Dicere, quae vinum malesuadum moribus infert.
Et quis non novit, quam multa dicenda tacenda
In quovis caenae coramque quibuslibet ista
Turba bibax fundat? quis, quam rixosa gravisque,
Quam sit difficilis canities morosaque, nescit?
Dum redit a caena, aut potius caupone, meroque
Atque annis fervens, si forte fit obvius illi
Non illorum aliquis, quos flamma et linea lampas,
Sed quos luna solet deducere, vel breve lumen
Candellae, unde venis, clamat? quo vadis? age ede.
Nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem.
Possem alia, et graviora quidem producere vini
Effecta, at partim afficiunt tantumodo vino
Addictos ipsos, adeo sunt turpia partim
Ut nedum facere, at dumtaxat dicere, et ipsos,
Si saperent, si sani essent, siccique, puderet

Quanto

Quanto hæc humano generi sint noxia, quæ fert
Autumnus solus, monet et funestus Iacchus
Sithoniis, et debellata mero super illa
Cum Lapithys Centaurûm rixa, et sanguine multo
Centaurea domus manans, dum fasque nefasque
Centauri exiguo discernunt fine bibaces.

Vini bona.

Credo equidem (nec vana fides) vocem esse Deorum,
Et descendisse e Cælo Neyuid nimis. Et quid
Vitæ hominum utilius, quam certos credere fines.
Omnibus in rebus, semper nimiumque nocere? - (cannis)
Haud ita pridem, et abhinc virginta circiter:
Hoc fuit in Mundo quidam, qui quotquot ad illum
Inclinante die veniebant, protinus illud,
Allatis cyathis, vel ω bibe, vel statim abito,
Græcorum in morem indicebat cætera avarus.
Illius cum sæpe Nepos una esse soleret
Laudandi de more Dei sub vespere causa,
Mane esse ut vacui possent, evenit, ut illud
Longius esset opus solito. Cum Patruus autem
Legem sanxisset, finito carmine quoque
Ut biberetur, cumque pigrum, tardumque Nepotem
Immo recusantem increpuisset, contigit id, quod
Hoc iratus loco nemo potuisset, ut ante

Iram

Jinem agitaretur totum vertigine tectum
Nec nisi difficile possent procedere lingua.
Hoc tantum vini membris nocturum, animoque
Ipse etiam, ipse autem Margites? quilibet immo,
Cui modo mica salis sit in hirto corpore, cernis.
Est modus hic etiam, sunt certi denique fines,
Quos nisi transilies, in primis esse salubre
Invenies vinum omne, modo excipias, quod acescit,
Quodque est asperius, nec ~~ang~~ concoquitur, nisi multos
Post soles, aut ingenti longoque labore;
Qualia Tarcentum dimittit, et Africa tellus;
Quae bibere hic miseri nos toto cogimur anno. 5
Sed quam corporibus sit vinum, atque utile menti
Non meus est sermo, sed quem veteresque, novique
Iam praeceperunt Medici, queis nobile nomen
Tum vivis usus, tum post peperere libelli.
Vinum, ajunt, modicum mortalia corpora nutrit
Optimus inseritur vino per viscera sanguis;
Cui modice bibitur, partes concoctio in omnes
Corporis augetur, inflatio nulla creatur
Ventris, non apio est, non mentha urina movenda.
Vinum addit stomacho vires, augetque calorem,
Aegrotis robur. Quid non liquor aureus affert. 8
Usque bene modice sumptus? titillat orexim,
Oppilata aperit, diffundit corpore toto.
Nutrimenta, bonum inducit sanumque colorem,

Attenuat

Attenuat ~~sanguinem~~ sanguen; pellitque superflua cuncta.
Quid mirum est igitur Medicos in casibus uti
Innumeris vino? facit experientia doctos.
Sed venio ad nostra hæc. Vini cui concutit usus
Unquam ni immodicus caput? et cui tempora lędit?
Quem depressit humi? cui tandem mentem animumque
Sustulit atque hominis pepulit de sede statuque?
Si calices poscas magnos, vinaria tota
Invertas Aliphanis, si denique ventrem,
Ut digito tangas, impleris guttur adusque,
Quis dubius sensus dubitet, quin non semel icto
Accedat fervor capiti, numeresque lucernis?
Quin et plus nimio vacuum te gloria tollens,
Et ne amor cęcus, et morbi quotquot ubique
Corpora divexant misera mentesque, sequantur?
Tu bibe quod satis est, et quod natura requirit,
Profore et invenies multum, nihil obfore vinum.
Ex intellectu dispellit nubila quęque,
Cunctarum amplificat mire spatia rerum,
E quibus extamus siccis Deus omnia dura
Proposuit, neque diffugiunt quę pectora mordent.
Quis post vina crepat mala paupertatis et acris
Militię? quis non potius lęta omnia prefert?
Quod si concedis (nec enim, nisi bestia, possit
Abnuere) hoc etiam concedas prorsus oportet,
Et studiis vinum, et doctis esse utile Musis.

Et

Et sanè, antiquos dico cur finxisse Poetas
Culmina Parnassi Cyrrham, Nisamque putatis
Et Cyrrham Phœbo, Nisam tribuisse Lyæo?
Alterius nempe alter opem poscit; neque possunt
Ulla placere diu, vel vivere carmina quæ sint
Scripta ab aquæ potoribus. Ingenium facientia
Usque mero, Alcæus, Niceratus, Æschilus omnes
Carmine percelebres, ut Horatius, altus Homerus,
Theij Musa senis, nunquam nisi carmina poti
Scripserunt. Lasso certè mihi fortior hausto
Spiritus exurgit vino modico, neque pronus
Serpere humi videor, sed equo properare superbo,
Et citius dicto optatas contingere metas.
An vero moderatè hautum profitentibus artes
Majores nocet, aut quisquam est nocuisse professus?
Nec locus est hic nec tempus percurrere fastos
Doctorum, atque afferre omnes, qui vina biberunt,
Nunquam undam; duo centorum sint omnibus instar,
Alter Græcorum, Romanorum alter in omni
Judicio veterum facile celeberrimus arte.
Sit primus priscus Cato. Non convivia in urbe
Et Romæ ille senex solitus celebrare? vel ipse
Id testatur apud Ciceronem. Quin etiam mos
Illi erat interdum ad multam producere noctem
Inter rorantes cyathos cœnam atque minutos.
Quis Græcorum alter fuit? is qui philosophiam

A

A rebus physicis ad mores primus adegit,
Virtutemque unam quęrendam censuit. Ergo
Hic quoque sępe mero caluit, sed semper ita ut nil
Distentus vino, quę pręclarissima habebat
Prę manibus sapiens studia, intermitteret nunquam.
Nempe utrique horum sic utebantur Baccho,
Ut non opprimerent sed vires ut recrearent.
Nos quoque nimirum sic vino utamur, et esse
Non modo corporibus, sed et ipsis mentibus quum
Sn venientes vires, censebimus utile ad omnes.

Piscatus largior vere quam autumno.

Mane per autumnum nec non sub vespere tantum;
    Vere struunt semper piscibus insidias.
Incipiunt nempe autumno sentire procellas,
    Atque ideo pisces ęquoris ima petunt.
Ast ubi florentes riserunt Chloridos horę,
    Totaque Neptuni stagna quieta silent;
Tunc aut ut gravido de ventre tumentia ponant
    Ova aut celebrant et sua conjugia,
Certe aliunde alii, velut agmina tempore belli,
    Effusi ducunt littus ad omne choros.
Quot vero species, quo nomine quęque vocentur,
    Nec piscatores commemorare queant.
Illud ego videor vera mihi dicere, tantum

Non

Non posse ad tempus piscium adesse magis.

Aucupia Autumni varia.

Quod genus aucupii non invenere sagaces
Ad fallendum, homines, alituum omne genus?
Quoquo ibis, turdis stat celsa indagine cincta
Plenave viscosis silvula viminibus.
Quo te cumque feres aderit passim obvius ullus,
Noctuę ope in viscum, qui vigil urget aves.
Est qui de setis laqueos innectit equinis,
Atque intra fruticum collocat arte nemus.
Sunt quibus et virgę curvos sinuantur in arcus,
Queis cito laxatis pendula adhęret avis.
Invenies etiam passim, qui retia tendunt,
Plurimam ubi volucrem pervolitare vident.
Cum visco ac tenui cum tibia et illice quidam
Errant. Hac paros decipit arte puer.
Villa exi: hinc bombos, bombos audibis et illinc,
Pręsertim festos rustico agente dies.
Aucupium est igitur varium; verum omnia signant,
Quam multę autumno decipiantur aves.

Aucupia omnia incerta.

Est varium aucupium, fateor; sed pleraque quam (sunt)
Atque incerta adeo cuncta, et inutilia!
Quot.

Quot soles te mane vident non retibus ullos
    Aut paucos turdos prendere viminibus!
Sic errare dies cum noctua et illice totos,
    Et vacuum obtingit sæpe redire domum.
Inspicias laqueos: stent quamvis ordine longo,
    Pendentem hinc nullam sæpe videbis avem.
Sibilat hic illic integrum mane puellus,
    Vixque duos pavos fallere, tresque potest.
Quam vero sclopus fallax? Qui e quattuor illo
    Nullum anatem valuit tangere, testis erit.
Testis, conatu cui icta cucurbita inani,
    Et cui elapsa lepus sanguine tinxit humum.
Aucupium tamen autumni non ultima laus est.
    O Autumni abiint pretereant cito.

Aucupia autumni felicia

Quam multæ capiantur aves, cum subrubet uva;
    Cui non sint oculis lumina adempta videt.
Quam magnus numerus ruri consumitur? Assa
    Esse illic volucres quotidiana solent.
An vero has debent qui degere in urbem requirunt?
    Sola fori primi quot medicina videt?
Plumis pro foribus ruri, artificumque tabernis
    Omnia plena ipsis cernere in urbe licet.
Quis narare queat, quot aceto obdantur in ollas,
Mersæ

Mersæque omnes suaves, Jupiter! et rapidæ.
Talis vere foret piscatus. Sed tamen ipse
Malo, aliquis turdos verset in igne mihi.

Autumni ruri incommoda.

Quamvis autumno me rus conferre quotannis
Consuevi tota cum gente; tamen mihi nunquam
Hic priscus potuit mos arridere. quid istud.
Non æstate magis facimus, cum concidit agris
Aurea ubique seges? ibi tum canis ardet et æther,
Aule, minus multo, quam muros inter et ædes.
Usius vero dominis est major habenda,
Vini an frumenti ratio? Satis indicat hæc res,
Haud esse urbani vitam traducere ruri.
Multos ante dies meditandum quid sit ab Urbe
Illuc portandum. Stipandæ mappulæ in arcas
Cum mappis multæ, mensaliaque arma, scutellæ,
Et patinæ et pateræ, nec non ex ære lebetes
Cum verubus. Sed carri adsunt. Tollantur in illos
Omnia, primum arcæ, tum lana et stamine farti
Lecti cum tabulis pedibusque suis. Vide, Dave,
Ne situlæ desint. Ubi linquis, stipite pejor,
Caponum caveam? et pullorum? rursus in agros
Hac elabentur. Dave audin? parva matella
Lucilli! ne meje foras, tu mejere sic vis.

Lucillus

Lucillus puer est, nec dum retigisse fenestras
Evaleat, et totum commingat nolo cubiclum.
Hęc ego cum reputo mecum, jucundior ipsa
Sęva videtur hiems aut urens Syrius agros,
Quam totum debere domum transferre quotannis.
Namque ubi certa quies speratur, ibi omnia contra.
Circumstant semper pueri, atque illi modo fletus,
Et modo miscentes rixas pro mespylo et uva.
O vos felices, qui rurum villatis in Urbe,
In ludos pro ętate sua dimittitis omnes
Cum sol exoritur, visuri non nisi sero,
Et cum cenati dormitum suaviter ibunt.
Rure domi semper si depluit, post ubi sudum,
In foveam ne forte cadant, ne ex arbore poma
Dum tentant decerpere, perpetuus timor urget.
Nam nihil improbuli quęrunt, ni auferre parentum
Ex oculis sese. Mycale, Lucillus ubi sit
Attende, atque alij. dixin, pecus? audio Stellam
Plorantem longe hinc. Etiam Cornelia apud se
Deberet natos semper retinere; sed istę
Esse volunt Matres, ubi sunt autem, quasi non sint,
Permittunt natos famulo coquulęque lutosę.
Hęc sane optati Autumni solatia sanis.
Ęgrotas? ubi sunt Medici presto et Medicinę?
Syrus junget equos, petat urbem, unde medicorum
Quam primum educat secum, juvenemque Chirurgum.

Aęt

Ast errant Medici semper susdeque per urbem,
Nec redeunt nisi sero domum, nec nocte peregre
Esse volunt. Quis scit, nam Metrodorus in urbe
Necne sit. ęgrotant alibi quoque rure: per istud
Pręsertim tempus. Quam nox est longa, diesque
Quę Medicum tardat! quam dura atque aspera res est,
Spemque metumque inter tam tempore vivere longo!
Luci, macte animo, jam Metrodorus adest, jam
Desilit e rheda: Syrus virga innuit alta
Commota dudum; jamque intremuere rotarum
Ferratis succussę imę valde orbibus ędes.
Adventu Medici respiras nempe. doceris
Quod torrere febris te noctis cœperit hora;
Pręsensisse dies hesterna cum horrore subinde
Te subito veniente super, causęque tamen nil,
Cur augeretur vis morbida nocte, dedisse;
Immo incœnatum prorsus cubitum isse: sed eia
Metrodore manum carpo ilicet admovet, et ipso
Pulsu explorato pręscribito, quod sit agendum.
Potio sumenda est primum, tum deinde . . . papyrum
Atque ferant calamum, atramentaque protinus, ipse
Jusseris; at medicina tibi sub vespere tantum
Cras erit exorbenda, Utino distante ferenda.
Denique quę febris septemque octoque diebus
Summum torsisset, si te oppressisset in urbe,
Pharmaca ubi pręsto, pręsto est qui visitet ęgros

Terque

Terque quaterque die, morbo crescente maligno,
Rure per autumnum, quod desunt omnia, mense
Longior, ut tandem ne sit quartana timendum.
Interea res rure ~~major~~ minor quam fiat in urbe,
Deterit exiguis (aliquid dum morbida vis te
Disdrahat. Nam qui Medicus te visit in urbe,
Conductus visit; ruri nummus aureus illi
Ad minimum dandus quoties invisat; itemque
Chirurgo dando plus duplo, aut denique dono,
Quod pretio est longe majus donandus uterque.
Quid memorem cœnas, et plura prandia coli
Chirurgo interdum, medico modo, nunc et utrisque
Lauta magis solito et longe majora paranda.
Non hæc urbs affert incommoda damnaque. Fervens
Humor aquæ tinctus cum pauco sacchare, summum
Cocolacte unum et duo parvula crustula, summa est
Impensa. O felix qui nunquam mœnia linquit!
Sed quoniam cœpit cœnarum mentio, transi
Hæc quæ rara cadunt, majorem atque inspice sumptum.
Quottidie novus hospes adest: abit hic; venit ille;
Sæpe duo, modo tres, ~~quatorque~~ quatuorque, ad quinque decemque
Interdum coeunt, ut tota penaria cella
Exiguo pereat spatio consumpta. Per annum
Nullus in urbe locus nisi cognatis, et amicis
Atque his duntaxat per Bacchanalia festa,
Aut alias, raro tamen, et toto semel anno,

Aut

Aut iterum; autumno licet omnibus omnium in ædes
Quandocumque libet divertere. Quin etiam sunt
Autumnum totum qui aliena vivere quadra
Ut possint, rhedam conducunt atque caballum.
Quid multis opus est? te tonsor convenit ipse
Te sutor, pistor, purgatrix, denique quis non?
Qui non tam lauti sane, quam ceteri habendi,
Sic tamen ut possint, alio si forte migrarint
Dicere, quam multa magnaque paropside cœnes.
Hæc sunt, quæ autumni mihi reddunt temporis horas
Infestas quibus et me semper in urbe tenerem,
Ni conjux mea, ni proles expelleret illuc.
Sunt alia haud graviora quidem, tamen usque molesta
Quarto quoque die vaccina ex urbe paranda
Et vitulina caro, et piper, et sal acre oleumque
Et quidquid demum nostris non nascitur agris.
Adde iter ad templum et crebro corrumptius imbri
Et longum; adde imbres ventos et cetera; sed me
Expectant fortasse domi, qui tollere nostri
Sunt hodie jussi rus exportanda coloni.
Ergo vale nostri memor interea, et quoties me
Convenies ruri, pergratum feceris usque; nam
Nam nullum excludo; mihi sed te gratior alter
Conveniet nunquam; ne jam te dicere moveatur.

Verso

Veris

Veris in urbe incommoda.

Nil equidem miror te autumni temporis horam
Luci, odisse. Homines id habemus scilicet omnes
Hanc anni ut partem potius malimus, et illam
Nobis infestam ac tristem magis esse putemus.
Sed quoniam autumnus tibi cur incommodus esset,
Dixisti, Luci, nunc audi (nam mihi ver est,
Quale tibi autumnus) quare mihi displiceat ver.
Nam nec adhuc verum sol altus contrahit umbras,
Et sic distribuit, quando est venturus in urbem,
Horas agricola, ut veniat sub prandia semper;
Idque una hac causa, non ut cum duplice pane
Caseolique levi frusto, bulbisve duobus,
Ast ut conservus videat laganisque fabisque,
Queis noster Brontes dat plena catina culinę
Illis qui a longo subvectant arida rure
Ligna, aut frumentum, generosi aut dolia vini.
Vernum igitur tempus, quo multa negotia ab urbe
Nil nisi permittunt et perquam excurrere raro,
Namque etiam idcirco, quod multa negotia vere
Urgent, esse mihi solet invisumque acidumque.
Omnia tum erumpunt, hiemis quę frigus et aura
Cylum compressit. Sponsum hinc vocat unus et alter;
Hic scripta auditum, ponitque extendere longas
Per noctes tandem; prętoris ad atria lite

In

In magna atque gravi hic sibi poscit ut officio adsis.
Hic lecto affixus Veneti trans tecta Manini,
Ille Aquilejensi in vico cubat ima; et uterque
Visendus. Mox nunc huic officiosus oporteat,
Nunc illi assideas, quibus aut est vena petita,
Aut medicamentum præscripsit sedulus Andron.
Denique nulla quies vere est, nulla otia in urbe.

Ista tamen possis animo non perpeti iniquo,
Si, eadem peragis, nullis per compita turbis,
Et curis nullis unquam turbere, sed audi.
Nequaquam e terras tam multi vere colubri
Exuviis nitidi positis nitidique juventa
Ad solem volvunt sublato pectore terga,
Atque micant linguis formidando ore trisulcis,
Quam tectis effusa errat tum fœmina multa
Perque vias latas, et per sacra templa Deorum.
Cosmetas taceo, quarum mihi mollis aluta
Vestitusque alius bilem movet. Huccine rerum
Huc ventum est luxus, nihil ut jam ancillula distet
A Domina. O mores! o tempora! quærere et illud
Nil opus esse reor, Dominas num relligio una
Extrahat, anne aliud domibus; nam cernere fas est
Egressas templis non ad sua quamque redire,
Sed confertim etiam circum spatiarier, atque
Ire modo ocyus, interdum consistere, vanis
Fabellis totum implentes atque aera nugis.

Hic

Hic forte noscant aliqui, puta qui tua quondam
Pignora suscepit, vel cujus tu aut tua conjux
Suscepit natos: periere negotia cuncta
Et cuncta officia. Illicet, o mihi, compater, inquit,
Jucundum occursum! quam dudum hac sorte caremus!
Salvum igitur grator, sanum recoque valentem;
Sed quid agit verum tua mi carissima conjux?
Est ne illi bene? quid pueri? valet illa puella
Quam mihi abhinc terno tollendam mense dedisti?
Cresce puella agedum, mellita cresce puella;
Spasmum a te avertat, faxit ne pustula lædat
Os oculosque, Salus: Tenuerunt frigora, ne te
Possem per multos, ut erat par, visere soles.
Hæc sunt, quæ occurrunt iterumque iterumque per urbem
Dum tu sollicitus properas, et agenda perurges:
Respondere velis ad quæ si singula, honores
Præfatus de more, infectis omnibus illis
Rebus, quas ante aut a prandio oportuit actas,
Tota dies abeat. nec ab his tamen omnibus usque
Sic possis cavisse tibi, ne aliquando prehensum
Arreptumque via in media te fœmina tandem
Ad tempus teneat multum, occidatque loquendo
Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.
Quod si tu nolis, clament periisse pudorem
Communi clament te sensu omnino carere!
Ecce autem, cultro dum te tenet una sub isto,
Multa

Multa superveniunt graviora incommoda longe.
Esseda significo, pilenta, petorita, sive,
Ut nostri vocitant, carrucas. Gratior hora
Est hiberna mihi multo, quę detinet intus
Matronas aliquo aut tandem si exire necesse est,
In rhedis corio claudit sinitque fenestris.
Gratior est aestas etiam, quę vespere tantum
Advenientem sinit prodire. At vere repente
Usque aliquas cernes, etiam quas esseda nulla
Et nullus vectare potest per compita currus.
Quorsum forte roges ego narrem longius ista.
Horsum, durante, Lucei, ut cognoscere possis
Cum jubeas salvere aliquas, et semper adores
Quam male mulcatum referas lassumque cadaver
Sero domum, tot matronas totiesque salutans.

Possem alias causas quę veris tempora nobis
Efficiunt invisa, tibi producere, Lucei.
Sed jam te tempus cogit discedere. Salve
Atque vale interea. Quam primo tempore rure
Te visam, certis curis gravibusque solutus.

Ecloga.

Ecgloga.

Inter Corydonem et Damœtam.

Corydon.

Nescio, Damœta, cur verni temporis hora
Iam sit nonnullis ingrata odiosaque tandem.

Damœtas.

Ipse etiam, Corydon, tuo dici cantaque posse
Miror in autumnum, nisi se inter carmine certant.

Corydon.

Si re nulla alia, ver est laudabile certe,
Quod non est anni pars aptior altera Musis.

Damœtas.

Inter et Autumni laudes hæc ultima non est,
Quod cessare licet viciosque relinquere libros.

Corydon.

Ecquis vere novo sese addere in otia possit,
Cum plerosque omnes fugientes otia cernat?

Damœtas.

Quis velit Autumno Musarum adrepere Montem,
Unde ex omni alios videat descendere parte?

Corydon.

Vere leves Zephyri suadent auræque tepentes
Inspirant animos lætasque in carmina vires.

Damœtas

Damętas.

Frondibus ~~dum~~ exuitur cùm passim quęlibet arbos,
Indicit pariter nobis onus esse levandum.

Corydon.

Omnigenas herbas summittunt dędala terra
Sic, ait, et vestrę moveantur pectora demum
Incipiantque suo de more virescere mentes.

Damętas.

Effęti colles, effętis viribus agri,
Et natura omnis, requiescere ut incipit ipsa,
Sic, ait, et sileant, Pastores, carmine vestro.

Corydon.

Ridentes flores, quos ~~dedunt~~ prata vel horti;
Carpite nos, ajunt; sed vos properate corollas
De myrto capiti, de lauro, inctere vestro.

Damętas.

Turgentes, variis quę pendent vitibus uvę,
Carpite nos, ajunt, celeres, nostrisque racemis
Lenęi in magni circumdate tempora honorem.

Corydon.

Nos rosa, nos inquit, nunc, suave rubens hyacinthus
Formosi sumus; ast arimus sub vespere flacci;
Sed magis atque magis revirescent laurea serta.

Damętas.

Nobis, vitis ait, vos autem intendite curam;
Nam quo major erit cura hęc, hoc fortia nobis

Vina

Vina adervnt, magis, hocrivent mage carmina vestra.

Corydon.

Propagare genus cum quærunt omnia vere,
Nempe monent nostrum ne nos perirsse sinamus
Nomen, sed scriptis totum extendamus in ævum.

Dametas.

Vere age, quidquid amas: autumno tempore vero
Sit factum quod oportuit. Omnia namque quiescunt
Autumno, nec propagat sua secula quidquam.

Corydon.

Ad cantum hortantur vernantes vere volucres.

Dametas.

A cantu revocant autumno omnino silentes.

Corydon.

Vere sibi similes gignunt animalia fœtus;
Dumque illos gignunt nostrisque quoque gignere suadent
Mentibus assimilem per veris tempora prolem.

Dametas

Nullos autumno gignunt animalia fœtus;
Tum nec oves, nec dicentæ sunt lactæ capellæ.
Quid tum nostræ etiam non captent otia mentes.

Corydon.

Aspice quam verno fervent examina sole
Utque volant thyma apes per odora, ut dulcia condant
Mella: quis exemplo torpescat pectore tanto?

Dametas.

Aspice

Aspice, agas quam nil orat et limina circum
Mussant autumno, sed et alta silentia collis
Servant. Exemplum quis tunc non tale sequatur?

Corydon.

Quotquot vere dies parent, sol aureus horam
Occupat, atque altis maturius abicat undis.
Quid, nisi ut ad nostra citius non excidat astra?

Dametas.

Quotidie autumno sol undis surgit eois
Serius, et noctes semper producit inertes.
Quid, nisi ut alma quies teneat nunc longius artus?

Corydon.

Vernae illae nitidae luces cælumque serenum
Quam nostros animos alacres ad carmina reddit!

Dametas.

Obscurae autumni luces austrique tenentes
Quam lentos reddunt animos in carmina nostros!

Corydon.

Dameta, Corydon . . . pro tempore agamus utrique.

Dametas.

Corydon.

Vernus ego nostris impendam tempora Musis.

Dametas.

Autumnalis ego carpam solatia ruris.

Corydon.

Non tamen, autumni mens ut solatia linquat.

Dametas

Damœtas.

Non tamen ut linguam per tempora verna camenas.

Gratiarum Actio.

Audisti, quæ ver contra, et pro vere; simulque
De autumno dici partem in utramque solent.
Quæ ver, quæ autumnum decorent, turpentque, profecto
Sunt bona mixta malis, sunt mala mixta bonis.
Ne vero cum frigus iners et plurimus urit
Pernio, ver optem, livida cogit hiems.
Sed cum sunt siccos studia exercenda per æstus,
Autumnum quivis hinc auferat usque rogo.
Jamque propinquantem video; iam exire licebit.
Salvete o volucres, aureaque uva mihi!
Quam pene exivi! autumnus vos sospitet omnes,
Nam nil nostra aliud nunc dare Musa potest.

3ª Dissertazione latina.

Si quis forte miratur, me, ex quo ipsi praeceptoria
nostra et celeberrimae huic literatorum hominum c-
fui, nulla certa praecepta quae ad eloquentiam fe-
rent tradidisse sed unum illud egisse ut loqui
Latine discerent dicendi studiosi; is consi-
deret ipse secum quantum negotium sit doce-
re eum dicere qui loqui nesciat: non dubita-
bit, quid me praecipere adhuc conveniret, cum
quid mihi praecipiendum foret cogitarem. Ac si
primus illa attulissem, laudandus profecto es-
sem; si solus, certe non reprehendendus; etiam
si paullo plus consuluissem nobis docentibus ad
illam minuendam molestiam quae in erudien-
dis elinguibus atque infantibus adolescentibus
omnium profecto gravissima esse solet, quam
Latine discentibus ad veram germanamque
comparandam Latinitatem, venia tamen
aliqua molestiae huic nostrae tribuenda esset.
Nunc vero spero mihi non mediocriter, Au-
ditores, vel quod necessaria maxime est futuro
oratori candida et Latina locutio, et quae hac-
tenus ex hoc loco disputavi nec quidquam discre-
pent a persona quam sustineo et conducant mi-
rum quantum ad eam quam sequimur eloquen-
tiam consequendam; vel quod habeo auctores
Quintilianum et Ciceronem eiusque scriptores in

suo utrumque genere politissimos, tum dicen-
di artifices in excogitandis judicandisque orationis or-
namentis omnium facile principes. Quod si illi
jam tum, ut totum hoc Latine loqui magis videba-
tur esse consuetudinis bonae quam rationis aut
scientiae, suis tamen civibus, antequam eos dedu-
cerent in eloquentiae adyta, de ratione puri dilu-
cidique sermonis percipiendum sibi esse existi-
marunt monstrandumque quomodo usus com-
parari posset; quonam a nobis animo exponen-
dae erant nostris adolescentibus rhetoricae artes, non
iis ante traditis litteris, quae exterorum ipsis erant a-
lienae? Ego vero abusus officio meo mihi vide-
rer esse, absque persona nomine et loco, sed id
pro virili parte mea non egissem, ut restitue-
rentur unde deciderant scriptores optimi; ne-
que vero hoc tantum, verum etiam nisi pu-
blice id egissem; non quo vererer ne qua mihi
privato consilio et arbitratu meo illos revocanti
conflaretur invidia (quid enim vererer opti-
ma proponendo) sed quia, si id privatim egissem
et intra scholae parietes, primum nimis paucis,
deinde his ipsis minimum vero consuluissem,
cum alioquin pleraque eorum, de quibus hacte-
nus dixi, non tam iis qui versantur in rheto-
ricis, quam iis qui ad rhetorica accessuri sunt,
et quidem multo magis et multo ante perdiscen-

da sint. Quanquam haec mihi facienti nihil pro-
pe effecisse videar ad eam rem quam conficere et
absoluere cogito, nisi illud etiam, quod quidem
solum et quasi fundamentum omnium judicio, quid
scilicet eius esse debeat ad eloquentiam contenden-
tibus vocabulorum proprietas: quod profecto si mi-
hi contigerit ostendere et persuadere hoc praeci-
pue docentibus esse aliquid necessarium esse, tum
demum spero fore, ut in iis qui dicendi studio-
non solum mores latini [illegible], sed etiam
si sunt aliqua ~~appareat ipsius omnium eiusque facie-~~
perfectiores [illegible]
ae eloquentiae imago appareat.

Tantae sunt tamque amplae quae redundant e vo-
cabulorum proprietate cognita commoditates,
ut, etiamsi nihil prosit ad Latine loquendum
eius investigatio, tamen nullo modo praeter-
mittenda sit. Hinc enim rerum naturae et
affectiones, hinc antiquorum hominum mores, ri-
tus ac consuetudines, hinc philosophorum decreta
ac sententiae, hinc denique innumera perci-
piuntur scitu dignissima atque pulcherrima.
Cum enim Latina etiam lingua ut reliquae ce-
terae omnes ita sit facta aut comparata, ut ple-
raque omnia eius vocabula non temere sed ratione
et certa de causa sint rebus imposita, neque
quam potest eorum vis ac significatio aperiri, qui-
bus nescit ratio quando sunt vocabula, et hominum
cum privatim tum publice vivendi mores et u-

eruditorum hominum doctrinaeque providentur. Atque haec quidem bona et tam diversa rerum cognitio non tum solum colligitur, cum vocabula suo loco adhibita ea tantum significant quibus significandis nata sunt aut facta, verum etiam cum alienum in locum translata aliquid quidquam declarant; immo plura et innumeraque quae e propriis, duo quidem certe et id unde verbum immutatum ductum est et id cui est accommodatum cognoscuntur. Hoc igitur; nihil referat ad linguae veritatem haec vocabulorum enodatio; parumne tamen prodesse videtur? parumne adiuvare, parumne boni afferre, cum tantam rerum plurimarum scientiam exhibeat, quantam cum hinc inde collegerint strenuissimi viri Sigonius, Manutius, Gruterus, Gronovius et alii immortalem sibi apud omnes litteratos homines gloriam nominisque celebritatem pepererunt? Non ita mehercule senserunt nec apud Graecos magnus ille vir Plato, nec apud Latinos A. Gellius et Nonius Marcellus; immo sive rati multiplicem quandam eamque reconditam rerum cognitionem e verborum deducta origine acquiri posse, sive arbitrati hancce rem ad suae linguae veritatem omnino esse accommodatissimam, sive alia quapiam de causa: alter certe in Dialogo, qui Cratylus inscribitur, plurimarum vocum originem ac virtutem auditoribus explicat, alteri vero in eo toti sunt, ut

suis uterque libris sermonum proprietatem ac no-
tionem spectant. Sed de Platone, etsi fuit et esse
voluit elegantissimus ut videri possit tot novum in-
terpretationem ad elegantiam etiam retulisse;
quia tamen philosophus est et Socratem philoso=
phum in eo dialogo loquentem inducit, ~~mire~~ que-
rant alii quorsum illam susceperit: A. vero Gel-
lii et Nonii Marcelli, quos quam elegantissime et se
et suos loqui voluisse constat, hoc praecipue in vocum
proprietatibus notandis consilium ac mentem fuisse
ut suos libros vero illo puro et eleganti orationis
colore qui cernebatur in antiquioribus ~~[illegible]~~
imbuerent, quis non videt? Cum praesertim ipsis
fere temporibus hoc spectarint alii bene multi,
Antonius Pedianus, Aelius Donatus, Servius Honora-
tus, et magnus ille vir quicumque fuit qui ele-
gantiis corruptae causas inquisitis et omni animi
corporisque contentione tollere usui hominibus
conatur. Nam coeperat jam Latinus sermo,
coeperat a sua simplicitate ac veritate degenera-
re; immo vero Gallis contra ejus mutatio consue-
verat fuerat, ut, cum falsae atque alienae signifi-
cationis iam non in compitis aut in plebe vulgari tantum
sed in foro etiam in comitio, et apud tribunalia in-
valuissent atque inveterassent, omnes promiscue
hominibus aut improprie et inscite loquerentur,
aut incompositam ~~aut~~ vulgarium rei non neglecta
conditionem servi magis dicerent quod nec

quam dicerent viderentur. Hinc indignati illustres homines principiis servandi puriorem sermonem qua diligentiae et loquentium animos exagitarent, jam effugi ac perdi, conatique quantum possent succurrere ac mederi, alij commentarios bene longos de verborum proprietate conscripserunt, alij vero ad antiquiores scriptores ad interpretandum diu incubuerunt, non tam in orationis poeticae artificio commonstrando, quam in linguae [illegible] in elegantia et natura indicanda suam omnem operam omnemque diligentiam collocandam esse existimarunt. Et vere. Hic enim est aditus linguarum omnium; in hoc sita est cujusque linguae suus genius, suus color, sua vis ac pro[illegible] a ceteris; hoc scriptorem a scriptore; hoc romanos a reliquis Italiae populis; hoc atticos a graecis [illegible] nationibus distinxit; hoc proinde qui neglexit, eleganter nequit in sua quisque lingua scribere aut loqui. Et nos spes ulla oblectabit fore, ut sine hujusmodi studio, et [illegible] propriae vocis cognitione ad aliquam Latinae linguae laudem juventus nostra perveniat? ut eleganter scribat? ut polite, ut vere, ut signate loquatur? Non est, mihi credite, non est in Latinis duntaxat vocabulis, in [illegible] loquendi formis, in elegantiam quidem sed inexploratam viam dele[illegible] [illegible] accurate sita Latina lingua, sed est in eorum vero usu, in eorum proprietate, in genuino propriaque eorum sensu et significatione: hac via

Bembi, Mureti, Manutij, Nangerij, hac Vallę, A-
delphi, Poggij, Facij, hac illi ipsi Romani, qui Cicero-
nis ętate florere in foro in Senatu et apud popul-
voluerunt, ad linguę Latinę elegan[illegible] [illegible] conten-
dere debuerunt. Nolite enim credere Auditores,
eos Romanos qui ad eloquentię laudem tum aspi-
rabant, eo fuisse sermone contentos qui vulgo
et mulierculis commune erat; sed ut Romam olim
quemadmodum Athenas multi confluxissent ingeni-
nate loquentes, qui rem hanc fecerunt deteriorem
et linguę venustatem et pulchritudinem infuscaverant,
oportebat eos, qui loqui improprie et inscite nol-
lent, legere studerent tum poetas, tum oratores, ut
ipsique sermonem purum ac dilucidum addisce-
re. Atque hęc est illa ratio, quam tanquam
obrussam ad expurgandum sermonem [illegible] adhiben-
dam esse Tullius censebat; hęc illa vete[illegible] scripto-
rum cognitio, quam idem inculcat in Bruto tan-
quam summe diligenter volentibus recte loqui;
hę illę Caesaris reconditę atque exquisitę, quas
ut quisque maxime didicisset, ita elegantissime
locutum esse testatur. Nam etsi veteres illi ea
quę dixerant ornare non potuerant, quia tamen
purę clare locuti erant, et dictionem quandam non
fucatam sed veram, non affectatam sed secundum
naturam secuti, ut si quod verbum numerus ille
signat illud ut notabili statim esset, hinc erant
junioribus omnes loquendi elegantię, omnes linguę

veneres ac venustates delibandas, idque non tam
ut laudarentur quam ne irriderentur, quamquam
ut non oratores tantummodo, sed homines non pu-
tarentur. Nam sane quam aliam caussam fuisse
creditis, Auditores, cur, in foro in comitiis in sena-
tu [illegible] multi cum dixerint, tam pauci tamen
probati sint? quam aliam caussam fuisse existima-
tis, cur, ingeniosi multi in ceteris rebus cum essent,
non tamen omnes ut Cicero, ut Cornelius, ut
Nepos, ut Caesar aliique paucissimi laudati sint,
nisi quia cum reliqui plerique eo essent orationis
genere contenti quo veteres paedagogi ac famellae u-
tebantur, hi ut perfectam illam bene loquendi
laudem sibi adiungerent, litteris quidem de-
derunt iisque cum reconditis neque exquisitis
tum vero summo studio summaque diligen-
tia? Caesarem certe non patria tantum consue-
tudine aut usu domestico, sed veterum lectione,
sed litterario studio, sed per eius fores in verbis et
quanta pervestigatione etiam assecutum esse ut
omnium fere Romanorum elegantissime loqui pu-
taretur, cum Tullii aliorumque veterum testi-
monio, tum eo ostenditur libro, quem ad eundem
Tullium scripsit accuratissime de ratione Latine
loquendi: in quo nihil agebat aliud, nisi quod e-
gere postea Festus, Marcellus, Donatus, Servius,
ut scilicet vocabulorum originem vim elegantiam
explicaret. Glorientur igitur per me licet no-
stri boni puerorum praeceptores et jactent sese in
schola inter discipulorum scriptiunculas emendan-

res, vel selectas Ciceronis Epistolas, aut aliud quid
magno vocis sono interpretantes; sed sciant tamen
neminem unquam esse illis pueris bene latine locu-
turum esse, nisi maturè eos docuerint referre ver-
ba non ad nomina sed ad significandi vim, atque
non auditu sed intellectu perpendere. Quot enim
et quanta consecuta sunt quae miseram Latini-
tatem diminuerunt? quot de quanta quae ejus pul-
chritudini infixerunt Barbarae primum nationes
undique sed e glaciali potissimum Oceano in Italiam
effusae diuque grassatae dominataeque; cum inde de-
inde moles tot annorum serie tot continuae rerum
hominum imperiorum conversionibus immutari;
tum italica lingua maxima quidem ex parte
e latina conversa, sed e multarum tamen lingua-
rum colluvione nata et aucta, itaque non so-
lum casibus et temporibus sed vocabulorum etiam
usu ac significationibus diversa ut alia prorsus
sit et linguam quamdam constituat singularem,
et a reliquis omnibus distinctam; postremo scho-
lastica docendi ratio saeculo quartodecimo in uni-
versam literariam rempubl. invecta, quae profe-
cto a barbarie omnis sit, innumera induxerit neces-
se est a latinae linguae genio aliena atque abhor-
rentia. Quae omnia, sed et singula subinde eo minuer-
ra aliquando ~~nam integram latinitatem~~ quae
barbaris inferendis vocabulis, quae italicis interjicien-
dis dictionibus, quae novis saltemque effingendis signi-
ficationibus affecerunt atque corruperunt; tum

vero illa scribendi ratio, quae proxime, eloquio ipso-
lo increbuit, quantum reliquae Latinae linguae majesta-
tem abjecerit, tantum hercle verbis dici non pot-
est. Minus Latini, minus docti; ita mox respuit auctores,
quae scriptoribus superioris memoriae acciderant. La-
tinae linguae Franci, Vandali, Hunni, Longobardi, mi-
nus conversi hominum mores, conversa ac muta-
ta paulatim lingua, minus barbarorum orbe tra-
dendarum scientiarum ac ratio, minus reliqua omnia,
quae tot revertentibus seculis consecuta fatalem quan-
dam omnibus bonis rebus calamitatem invexerunt.
Nam ea quae antea Latinitatis integritatem labe-
factaverant, insignia cum essent et maxime no-
tabilia, facile erat vitari; at quae superiore ae-
tate irrepserint, cum quandam virtutis speciem
prae se ferrent, recepta statim ubique sunt et ma-
gna animi contentione [illegible]. Nec enim bar-
baras voces aut peregrinas, sed Latinas et ab optimis
scriptoribus usurpatas; nec eas indiligenter et in-
concinne, sed magna cum cura et aptissime com-
ponebant; verumtamen [illegible] cum pro seculi moribus,
quod fieri ac verti [illegible], ita eas inter se
componerent ut phrasim quamdam efficerent
sonoram et maxime exclamantem, ut ferirent
miseram Latinitatem paronomasiis, commuta-
tionibus, contrapositis, formularumque transla-
tionibus, metalepsibus, allegoriis tam inaudi-
tis, tam alienis, tam longe petitis, ut quamvis La-
tina verba essent, nihil tamen Latinum olere viderentur.

sem illam romanae elegantiae vel tenuis quidem judicare possint. Quae cum essent ejusmodi, Auditores, cum maxime probarentur qui a loquendi simplicitate longissime abscedebant, cum veteres illorum [illegible] nudi, frigidi, macilenti, sine animi et sine spiritu haberentur, horum autem locutio venusta putaretur, florida atque elegans; evenit id quod in omni bonarum rerum conversione accidere solet, ut nobilissimi illi antiquorum scriptores genus exterminarentur e scholis situque ac pulvere obruerentur. Tunc inquam (proh eloquentiae universique moris!) jacebat Cicero et regnabat Barclajus; tunc sordebat Virgilius, et nescio quis alius dominabatur Mantuanus; tunc frigebat Catullus, et non jam Martialis, sed Martiale deteriores legebantur, terebanturque viritim: uno verbo alii omnes, qui sermonem doctrinae et linguae et facundiae parentes fuerant, a senibus a viris a juvenibus, suspiciebantur colebanturque in loquendo dii. Sed ego, etsi video attentissimis animis summa cum benignitate me a vobis audiri, tamen vereor, ne quis fortasse vestrum miretur, quid haec tam longe et tam alte repetita velint, et quorsum pertineant. Haec sum nimirum, Auditores, ut intelligere possitis utrum juventutis praeceptoris, quanta sit hujusce rei, de qua agere hodie institui, cura suscipienda. Erant enim illustres illae animae, quae saeculo XVI. hic magna floruerunt, Robortellius, [illegible], Amaseus, [illegible] [illegible] Abstemius, [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]

adscitus

uero innumerabiles alios, omni ope contenderunt ueteres illas labes ac maculas, quae olim italos omnes infuscarunt, penitus eluere ac detergere, tamen cum jam intermisissent longo usu altissime que insedissent, nec omnino nec in omnibus sustulisse credibile est; sed nescio quae adhuc apparent aliqua [illegible] Gothorum qui a Maximino imperatore in societatem adsciti [illegible] stipendia eius belligeravunt, et linguarum, unde haec a reliquis italiae linguis distincta creata est, et locutionis barbararum, quibus hic usque disciplinae explicari consueverunt, et nobilissimarum familiarum quae undecunque huc transgressae domicilium eandem hic collocarunt, et aliarum rerum omnium quae alii ex aliis hic contigerunt, impressa vestigia. [illegible] lata sint omnia haec et penitus obliterata; ea certe ~~manent, manebuntque semper, nisi alia studiorum ratio~~ [illegible], quae proximo elapso saeculo facta fuere nec levia nec obscura, manent adhuc manebuntque semper, nisi inalia studiorum ratio et instituendorum puerorum ordo inducatur. Cum enim tam multi sint, qui praecipiant grammaticamque doctrinam et Latine loquendi artem vel privatim vel publice profiteantur; quotus tamen quisque eorum est, qui aliquem cum Varrone, Gellio, Pompejo, Marcello Isidoro Hispalensi, Festo, Prisco aliisque verborum interpretibus usum habeat? [illegible] ipsa nomina [illegible] ipsis ut nova esse [illegible] minor. quotusquisque eorum docere potest, qua de causa

quæque sint ita nominata a scriptoribus, quodnam
sit inter ea quæ videntur synonyma discrimen, et
quæ sit vis ac venustas illarum tot tamque variarum
~~[illegible]~~ conjunctionum, quæ nervi habentur ut ita
dicam et articuli latinitatis? Theologos qui tra-
denda et agenda nec improspere nec inscite tra-
here ~~[illegible]~~ possint, invenias fortasse multos; ubi-
bi etiam fortasse multos invenias, qui non ulti-
mas sed primas in philosophia tenerent et fa-
miliam ducerent; sed qui latine docere possint,
perinde ac inutile hoc esset aut minus honestum,
nullos aut certe paucos reperias. Ergo adolescen-
tes latina docentur, non latine; cumque tam-
diu detineantur in grammaticis ut primam
omnem ætatem in iis consumant, tantum abest
ut elegantia ulla [illegible], ut etiam locu-
tione imbuantur adeo (novo verbo invidia
absit) Barclejana, aut scholastica non quali
olim fuit quæ latina dicimus, sed quæ nunc
regnat in scholis, utraque illa quidem et religione
omnino conservata, sed falsa tamen incondita et
a latina venustate remotissima. Et in hac per-
turbatione latinæ linguæ, in tanta judiciorum te-
~~[illegible]~~que litterarum studiorumque per-
versitate hæc ego non attigerem? non inculcarem?
non præciperem? cum præsertim idcirco huc acci-
tus esse videar? cum inde sim, ubi primum latinæ lit-
teræ respirare cœperunt et in eam dignitatem, in-

de proxime elapso sæculo declinavare, utcunque cum hic doceam, ubi sæculo XVI. tot in Latine scribendo tantumque floruerunt ut haberemus quos omnibus ceteris nationibus opponeremus. Ardeo mihi credite Auditores, ardeo amore quodam incredibili videndi aliquando hic quoque renatas Latinas literas, renatam veram illam minimeque fucatam eloquentiam quæ dominabatur quondam in foro in comitiis in Senatu et in quam velles unquam partem gestientem turbam pervalebat: qui me amor et renovare antea vite confirmare in scholis antiquos scriptores, et causas quæ eloquentiam hic quoque corruperunt neque adhuc siverunt in pristinam sanitatem restitui, hodierna die indicare liberius coegit atque incitavit vehementius. Hic me meus in commune bonum animus constans ac perpetuus, hic etiam de verborum proprietate ut perquirerem, commovit, excitavit, impulit. Quando enim, amabo vos Auditores, Latine aliquid non improspere tentare poterimus, nisi huic verborum cognoscendæ proprietati studuerimus? quando ad aliquam dicendi laudem pervenire, si semper in veræ Latinitatis ignoratione versemur? An ignoramus? an obliti sumus, ut olim apud Romanos in Græcis, ita etiam apud nos in Latinis primo erudiri juventutem, ~~et Latine~~ tamquam ~~[illegible]~~ non modo in grammaticis, sed in iis etiam scholis, in quibus ~~[illegible]~~ alenda et roboranda eloquentia est, in rhetoricis inquam Latine scribere solere? Dicens videli

cuivis aut certe paucis sentiant qui loqui nesciunt; di-
cere ornate qui latine non possunt; dicere quod ad-
mirationi audientes afficiat qui quod intelligatur
dicere non possunt. Dij vestram fidem! Hoc exper-
imur quotidie sentimusque, qualis sit adolescentu-
lorum illorum oratio qui magistros nacti sunt aut
indiligentes in inculcanda Latinorum sermonis viti-
tia, aut imperitos. Quot, bone Deus, improprie!
quot barbara! quot et quanta σόλοικα, non modo
in casibus, aut temporibus, aut genere, aut nume-
ro, [illegible]
[illegible], sed in eo quod omnibus intelligi
posset, verbis exprimi non posset. quid multa?
iam sunt omnia perturbata, discrepantia, prae-
postera, ut [illegible], nullo modo cor-
rigi possint. Nihil, inquies aliquis, aut certe pauci
Latine scripturi sunt; ita itaque fere omnia. Dica-
ne vero itaque aliquid quod tandem veram ac so-
lidam promereatur, cui bene dicendi ars propter
ejus infantiam tradi in scholis non potuit? cui o-
mnibus puerilibus exercitatio plus mali quam boni attu-
lit. Nam quos imitabitur? quos intuebitur? quos
sibi ad eloquentiam tanquam exempla proponet?
Germanos? Hispanos? Gallos? Dij meliora. Italos?
at hi quidquid possunt, quidquid valent, quidquid
placent, non ipsi per sese effecerunt, sed id ferme
totum, cum Graecis tum Latinis maxime debent.
Graecos? utinam ea esset in hominibus bonarum
rerum cura, ut Graecis darent operam, in ijsque plu-

virum temporis studijsque collocarent. Ab his enim summa dicendi vis et incorrupta et perfecta; hi eloquentiae principes habiti semper sunt; ab his omnes cum veteres romani qui dicendi scribendique laude praestiterunt, tum vero praecipue Tullius ac Virgilius beatissimam illam numeris omnibus absolutissimam eloquentiam hausere, qua non soli fuerunt, sed sunt et erunt semper omnes omnis memoriae scriptores toto vertice supra. Quid igitur restant, nisi Latini? et quidem hos ad imitandum nobis a majoribus constitutos propositos, si id nulla re alia existimari potest, nec illud unum satis est, quod in nullis praeterquam alijs literis propterea in Latinis imbuerunt adolescentes atque versari voluerunt: ut scilicet Latinae linguae studio ~~assiduo~~ assiduo et quotidiano assueti eos intelligerent atque imitatione exprimere conarentur. Hoc fuisse majorum nostrorum consilium atque mentem in Latinis proponendis rebus ego equidem nullus dubito, auditores; illud ago, quod si voluere, in hoc studiorum statu, in hac Latine docendi ratione multo melius consequi adolescentes possent. Quomodo enim intelligentur primum ij qui proprie signateque locuti sunt, deinde ab ijs qui improprie quandam inscitiamque latinitatem imbibere? Hos qui nihil agimus aliud, qui nocturna diurnaque manu versamus Latinos scriptores, qui Latinos criticos, grammaticos, interpretes, omnes denique scriptores ad hanc rem opportunos quotidie habemus in manibus

qui denique omni ope nitimur, ut latinitatis vim in succum et sanguinem nostrum convertamus, in multa tamen saepe incidimus, quae aut assequi non possumus, aut labore improbo assequimur; et hi sermone quodam assuefacti falso omnino et alieno ~~multo~~ [sancte] omnia negotia assequentur? Ego vero ita sentio ne perlecturos quidem hujusmodi homines aurea illa scripta esse, nedum imitaturos, ut imitentur. Nec conjectura haec aut suspicionibus arguo. Audivi enim audivi non semel eosque juvenum studiosis, nec unum aut alterum [saepe] sed multos ~~[illegible]~~ qui detrectarentur ~~cum ipso~~ [cum ipso] Cicerone, cumque saepe et ipsius ejus nominis celebritate impulsi in manus sumpsissent vix paucis oscitanter lectis paginis abjecerunt: quod quidem unde fieri dicamus, nisi quod verae latinitatis gustum non habent? nisi quod eum non intellexerint? Et hos quidquam [stabile] ~~cuique~~ tabesceret; quod admiremur, quod ... homines in ferantur, quod exhorrescant? Nam quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in literaria re-publ. tam nihil unquam de superioribus saeculis legens, qui nesciat, eos qui egregie saeculo XV. itale scripserunt, Bembos, Jovinios, Castelvetros, Varchos, Mucios, Giambullarios, Casas, Salviatos, Arezzos, Dusios omnes denique ad unum illos praestantes viros latinarum literarum peritissimos fuisse? Illi vero et latinae linguae sibi operam semper dandam putaverunt, et eam sedulo dedissent. ~~[illegible]~~ ut tantos

laborum suorum fructus collegerunt, ut non to-
tam eloquentiam suam mirifice aluerint atque
auxerint, sed ipsum etiam italicum sermonem lepo-
re [illegible] admirabiliter locupletarint. Et quando
maxime, Auditores, non solum eloquentia sed itala
etiam lingua floruit, nisi cum Latinae [illegible] maxi-
mo in honore habitae sunt et maximopere viri illi
respicere praeterita tempora et omnem ab initio
eu Latinarum litterarum memoriam repetere. Tunc Ali-
gherius, tunc Boccaccius, tunc inprimis Petrarcha
cum respirare coepit Latina lingua; tunc alios
deinceps [illegible] tot italici tamquam elegantes scriptores
floruerunt, ut nihil graecis [illegible] hoc genere nec numero
scriptorum nec virtute concederemus, cum Latinae
litterae per totam Italiam coli coeptae sunt et compa-
rari: ut vere hoc mihi videar esse dicturus, ipsas
italicas litteras sine Latinis consistere non posse.
Quae cum ita sint, facite, Auditores, invenite, efficite
ut juvenes nostra aetate [illegible] sacris initiatum;
commoneatis sui officii praeceptores ejus, et hortami-
ni ut committant docendi rationem, ut non solum
optimos scriptores praelegant, sed indicent etiam atque
explicent eorum virtutes; quanta perspicuitas in ver-
bis sit, quanta elegantia, quanta venustas. Praeter
quamquam enim nihil est horum studio senilibus illis
et rudibus puerorum animis magis accommodatum,
illud insuper accedunt, quod non ad grammaticos
redire coguntur, si quando studia haec tractare

luerint neque in oratoria poeticaque facultate usui; nec ut solent studia desinunt, cum quotidie aliquid discant, et meditationi contemplationique, in quo studia omnia sita sunt, plurimarum rerum cognitione quam acquirunt paulatim, assuescunt. Ego certe, quod tempus et scholarum ratio patietur, urgebo hoc diligentia summa, cum ob alia multa, tum etiam quia, si assequar ut juventus mihi concredita Latinos scriptores intelligat ipsisque delectetur, tantum eam consecutam esse arbitror, quantum satis est ad eloquentiam contendenti, et quantum ab hac genere optandum [illegible] [illegible]que esse Quintilianus judicavit.

4ª Dissertazione latina.

An Sapientiae Studiis
aptiora sunt Loca insalubria
quam salubria.

?

Herodian. 6. Dom 21.

Platonem accepimus ab Italia et Egypto in ~~Grec~~ Greciam reversum, cum diu multumque ubi scholam habere quesiisset, in insalubri tandem Attice terre parte, vastitudine cum esset bona atque integra, consedisse. Preposterum hoc consilium alicui facile videbitur, et a communi hominum sensu abhorrens. Quocumque enim te animo et cogitatione converteris, nihil eque commigrantibus alio cordi esse videbis, quam ut in temperatissimis celi regionibus sedem collocent. Auctores ipsi populorum, cum locis natura gravioribus sine ullo tamen propter ipsam multitudinem periculo civium condendo urbes possent ab omni non solum expugnatione verum etiam oppugnatione in perpetuum tutas reddere, terrarum tamen amenitatem salubritatemque statuendis illis elegerunt. Quid ergo? Imprudentissimus Plato ex omnibus? Nobis vero nescio quid ingratum et excultum auribus sonat cum Plato nominatur. injectoque pudore non permittit tam amplum nomen, ut antiquum eius decus imminuere quicquam velimus. Magnorum hoc est et sapientia prestantium virum quedam aggredi interdum preter aliorum opinionem, quorum ratio haud ita facile appareat. Etsi cui philosopho liceat oportet inopinata sane et inusitata facere, ea est Platoni gloria doctrine, ut eius tam et hoc admiremur consilium, quam sapientiam admiremur. Obstant enim, non inficior, et medicorum precepta, et ipsius inductio anticipatioque nature, impellentis omnes in quam commodissimam partem; sed adest simul tamen Platoni contemplatio et cognitio summa nature eiusdem; adsunt de singulari eius sapientia honorificentissima totius Grecie iudicia, seculorum omnium constantissima testimonia et maxima, ut quam insuetum in insalubri loco aperuisse ludum, illa possint significare tam non inconsulte ac temere ibi aperuisse hoc nomine declarare. Nolite tamen expectare Auditores, dum hac de re a nobis nostro iudicemus; habetote duntaxat, que rationes Platonem coegerint ad id consilii, impellere, queque rursus retrahere; et qua soletis humanitate diligenter attendite

Ad ſapientiæ ſtudia aptiora ſunt loca insalubria quam ſalubria?

Si eos auditores haberem qui magis corporis quam animi imperium audirent et brutarum animantium more ævum agitarent, homines denique se eſſe non sentirent, nunquam profecto in publicum proceſſiſſem de parandæ ſapientiæ adjumentis disputaturus. Quid enim referret viam illam ad ſapientiam illis monstrare, qui ea tantum ſequuntur quæ deſpicere homines cogunt et ita totum ~~hominem~~ exuere ut abjiciant. Nunc vero non mediocrem animo capio voluptatem, vel quod vos me audituri eſtis quos ad ſapientiam unam ita natos eſſe video ~~[illegible]~~ ~~dicatis~~, ut ad eam conſequendam ~~ejus comparationem~~ quælibet et ferre et perpeti parati ſitis; vel quod ea ſcilicet propono quæ ad illam maxime conducunt: ut etiamsi paulo graviora in medium attulero, ea tamen non poſſint non vo~~bis~~ gratiſſima vobis accidere omnique ex parte jucundiſſima. Quanquam nihil ego laborioſum, nihil perdifficile ſuadeo: non in longinqua discurrere vos jubeo, non patrimonia deſerere, non mutilare membra, non oculos vobis effodere, non ſequi dura et dira alia, ut quoſdam fecisse traditur quo expeditius et intentius arcana naturæ ſpecularentur: unum illud propono ut ſi

cui vestrum

cui vestrum ad humanarum divinarumque rerum scientiam non facit salubre. Celum si impedimento est quo minus scitu pulcherrimas ~~periodos perdeatis~~ consequamini, aliumquemvis locum magis aptum et opportunum, insalubrem quoque, deligatis

Fecit ~~id~~ magnus ille Plato et quidem tanta constantia ut quum propter gravitatem regionis in qua habitaret quartanae morbo implicitus esset, nullo tamen modo locum commutare voluerit. id et in Platone laudaverunt Hieronymus ac Basilius et omnibus quicumque vere sapientes esse volunt proposuerunt. verum verum esto: nihili ~~sit~~ sit ejus philosophi exemplum, qui tanti aliquin olim fuerit ut errare cum eo mallent homines quam cum aliis vera sentire: nihili ~~sit~~ illorum Patrum authoritas qui tanta floruerint sapientia non opinione sed fama, ut alter magni, maximi alter nomen invenerit: valeat tantum ratio, valeat experientia. Utro tandem in loco majora nobis pluraque ad rerum quarumlibet cognitionem momenta esse videntur? In eo ne, in quo irritamenta multa sunt, quibus ad sese oblectandum homines moveantur? An in eo ubi pulcherrimarum rerum solitudo maxima est? An eo ne cujus amoenitates longe lateque reddlent

quæ redolentes ~~et~~ non solum præsentes quoque commovent sed vel longe absentes conciunt et capiunt? An in eo, qui natura gratis advenientes omnes dare quidam levasse pellit et longe arcet remmotos? Equidem ~~Ego~~ quum considero Pythagoreos quoque ac Stoicos ab hujusmodi locis refugisse et vel in vastas solitudines vel in templorum lucos philosophandi gratia secedere consuevisse, non modo non incitamenta ulla studiorum in locis amoenis ac salubribus esse judico, sed summa ~~maxima~~ etiam impedimenta ac maxima ~~gravissima~~. Mitto amicorum convenientium frequentiam, colloquia, coenas, aliaque talia, quæ vitari non possunt, nisi ab hominibus non hominibus. Quis erit tanto animi robore? quis ea virtutis et continentiæ indole? quis adeo a corporis sensibus abstractus, quem nihil pellant, nihil alliciant, nihil in sui admirationem cupiditatemque trahant locorum ~~bonum~~ amoenitates? Dii mihi credite, Dii sint homines hic oportet, ut rerum omnium pulchritudinem aspernentur oculis, ut excludant auribus omnem suavitatem, ut sine ulla intermissione ~~ulla~~ studia persequantur. Age nunc converte tantisper oculos, et intuere insalubria loca. Quid tale hic invenias? quæ vel aspectu pulchra vel auditu

vel auditu suavia vel jucunda aliter offendas? Nulli hic irrigui agri, nulli fontes liquidi, nulli prata amoenos agros irrigantis aquae ambitus, non volucrum cantus, non florum odores, non arborum pulchritudo est, quae vel amicos convocent vel te ipsum domo evocent, et a contemplatione avocent; sed omnia incitant ad studium, omnia ingenerant ipsius cogitandi cupiditatem et vel inertissimos coeunt ~~philosophari~~ ~~illa~~ sua solitudine, illo silentio horrore et quasi metu loci, ut facile philosophari. Testis est ille Hercules qui [illegible] edidit ac cantavit: qui ut est apud Xenophontem in solitudine vidit duas illas humanae vitae vias, unam virtutis, alteram voluptatis, et utram ingredi melius esset: testis Numa Pompilius alter a Conditore Urbis Romae Rex: qui de rebus maximis deliberaturus in lucum quemdam persaepe se sine arbitris inferebat; quaeque vivis ad nascentis Populi incrementum incolumitatemque pertinerent ibi cognoscebat: Democritus vero, ut ab his quae fabulis similiora [visa sunt] discedamus e sepulchris praecipue extitit et earum scientia praeditus ut vulgo non philosophus aut sapiens sed philosophiae ac sapientiae diceretur, et tam praeclare scriptis nobilis ac celebris, ut nisi facinus dissuasissent Pythagorici magni nominis

nominis Amictas et Clitias, non longe
abfuerit quin ejus libros fere omnes
jam collectos Plato abolevet.

Sed mitt ~~tamen~~ mittamus haec:
sunt alia majora, hujusque magis pro-
pria quaestionis. Quis enim ignorat
quis non videt atque adeo sentit maxima
ad studia impedimenta esse suas cuique
cupiditates animique perturbationes?
Hae sunt illae pestes teterrimae quae ani-
mum corrumpunt; hae illae calamitates
quae teste Socrate florentem prudentiam mentemque
opprimunt; hae artium omnium omnium
disciplinarum scientiarumque capitales
hostes. ut gravissimus philosophus ~~Dantes~~ idemque Poeta summus Dantes
nunquam putavit se probari posse ad ve-
rum divinarum cognitionem evasisse, nisi
per inferorum pietatis, [illegible] supplicia ~~animo [illegible]~~
~~nem~~ liberatum esse ab omni cupiditate ~~[illegible]~~ purgatum-
que ostendisset. An vos aliam cau-
sam esse ~~aliam~~ putatis, cur in tanta bo-
nas artes discentium multitudine, in
tantis praemiis, in tanta voluptate dis-
cendi in tanta laude, tanto honore, tan-
ta gloria tam sint pauci semperque
fuerint in studiis praestantes viri? Non
ingenia, mihi credite, non doctrina, non pa-
rentum cura, nec magistrorum diligentia ~~deficit~~ deest.
~~deficit~~ deest animi tranquillitas, cupiditatum
quies, perturbationum sedatio et compositio
~~deficit~~ deest: neque, ita me superi ament
aliunde fit

aliunde fit ut plures inter viros, quam inter adolescentes floreant sapientia. Unde nisi quod in aetate jam firmata ~~jam adulta~~ hominibus cupiditates deferbuerint, in adolescentibus autem effervescunt adhuc quotidieque magis exardescunt. Aristoteles quidem qui fuit ingenii doctrinae et humanarum rerum peritia facile princeps, accessu vix ingressus bene vivendi praecepta tradere summovetque adolescentes homines. idque quum ob alia, tum maxime quia propter cupiditates non modo nec videre ~~nec~~ audire honesta possunt ~~ac turpia~~ sed ne sapere quidem et cogitare. ~~et~~ Atque Aristotele auditores, istuc accidere non solum quum exaestuat cupiditatum sitis, inciturque a voluptate vera illa et directa ratio, verum etiam quum pars rationis expers nonnihil turbatur agitatur ~~modo~~ et commovetur. Quemadmodum enim per surgentes de terra nebulas ossiumque, etsi tenebrae non conduplicantur, nec noctis nimborumque obducit niger, ita tamen suffunditur caligine coelum, ita obscuratur ut oculis quibus aspicit omnia, ut ait Ovidius, videre infra reposita non possit; similiter summo loco locata mens non extinguitur quidem per tumultuantes infra cupiditates, sed offunditur ~~[illegible]~~ tamen talibus quibusdam tenebris ut recta honesta convenientia sibi nullo modo valeat nisi

its proprius nis

diſſipatis internoscere. Quid pugna illa, quæ acrior interdum ac diuturnior eſſe solet, neceſſario a nobis ineunda, quum vehementiſſime insurgunt animi motus et omni ope nituntur e sua sede ac statu mentem dimovere. Quam male sæpenumero nos mulcat! Quam vexatos agitatosque relinquit! Quam defeſſos et imbecilles! Quam studia omnia faſtidientes abhorrentesque! Hæc nimirum illa sunt quæ retardere homines ab amœnitate et salubritate locorum debent, et in loca nec amœna nec salubria compellere. Quid enim aliud expectatis a salubribus locis quam cupiditatibus eo usque inflammatum ac furentem animum; ut et appetat omnia rabide atque inexplebili cum siti et quo affluentius voluptates undique hauriverit, eo gravius sitiat et ardentius.

Mihi quidem Homerus apud Græcos quem deinde imitatus est apud Italos Torquatus Taſſus in Armida et Rainaldi rebus, mihi inquam hujusmodi quiddam vidiſſe videtur Homerus in iis quæ de Calypsus hortulis finxerit. Neque enim sua formæ pulchritudine, ~~docetur~~ aut officiorum blanditiis ea ulixis constantiam ea fregiſſe; sed loci natura, sed amœnitate regionis et cœli fortem viri animum sensim sine sensu enervante.

Hoc enim

Ita enim locum Homerus describit.

Ardebat magno igne focus, longeque per omne
Ardensesque solum cedri fragrantiaque odorem
Thurea signa dabant: cingebat sylva virescens
Populus atque alnus sedem benedolensq: cupressus
Nidulum ubi variae et dulces posuere volucres
Vitis ibi crescens et florens divitibus uvis
Ornabat magnae postes atque atria sedis
Quattuor hinc liquidis saliebant ordine lymphis
Vicini fontes, omnes in diversa fluentes
Et circum teneras violas apibusque suavem
Florem Apium seres per mollia prata rigabant:
ut vel Mercurii, Deus immortalis ut esset,
mirantis tacitum tamen oblectantia pectus
gaudia pertentarent.

Vidit Homerus fabulam probari non posse si Calypsus forma una tantus vir caperetur. Loci amoenitatem ponit ante oculos; quam non erat mirum constantis viri animum in Nymphae amorem paulatim inclinasse. Summittit enim tellus, ut in arborum stirpes ac ramos, ita et in hominum corpora vivida quaedam quae cient, et commovent in nobis vehementius quidquid habemus cum brutis commune: exsuscitat deinde id et inflammat ubi ratio ac potionis quae ob soli maturam non possunt ~~nunquam~~ ~~fuerit~~ non esse acriora et calidiora. Coelu vero quod haurimus aer quo amicimur, venti, omnia denique unde vivimus, amice

inter se in nos

inter se in nos conjurant et pro suis quae-
que viribus aliae sic aliae secus univer-
sa ad augendum firmum habitum robo-
randasque et vires et cupiditates conspi-
rant. Nam quid hic referam quae
supra commemoravi, et mentem rerum
venustissimarum visione ac specie evoca-
ri, et nos quae videmus, quae audimus
quae sentimus, ita non ipse nec irre-
tortis oculis cernere, nec surdis auribus
audire, nec hebetes sentire, ut nihil ab-
strahamur. Accidere quidem haec so-
lent et saepius hic et facilius quam ali-
bi; fierique potest, atque adeo fit, ut
egressa subinde mens et externas sepe
res persequuta permittat in nobis tanquam
in domo vacua a patre-familias cupi-
ditatum arbitrio omnia agi et administra-
ri unde earum augeantur vires et opes:
sed quum et ab hisce difficile quidem
ac laboriose sed temperare tamen nobis
possimus, et ita mentem cohibere, ita co-
gitationem retinere ad strictam liceat ut
nusquam evagetur, ab iis contra, quae
res efficiunt modo dictae, nullo modo cave-
re adeo nobis possumus, ut nihil solis
nihil Coeli, aeris cibi potusque vis ac
natura nos afficiant nostrasque cupidi-
tates accendant. Magna enim vis Solis
est, magna aeris, magna Coeli ad in-
generandos cuique mores; nec tam a
stirpe sanguinis

stirpe sanguinis et generis, aut vivendi ratione, quam ex iis rebus quae ipsa natura soli suppeditantur, quibus alimur et vivimus naturarum dissimilitudo proficiscitur. Syri natura Soli cupidi avari et praeter modum rerum appetentes: Medi in luxuriam omnem effusi: Iones Abideni Arabes Tarentini Campani molles semper et effeminati enervatis animis et ad inertiam nequitiamque parati cum ingeniorum vitiis tum voluptatum copia omniumque amoenitatum illecebris. Neque vero putetis populorum hanc dissimilitudinem similitudinemque eandem in singulis esse atque in universis, ut aeque omnes probi sint et ferantur in eadem; sed quemadmodum in quaque Provincia alia loca sunt aliis amoeniora pleni oraque voluptatibus, ita eorum qui in una aliqua hujusmodi regione vivunt, alia aliis apparent in quoque genere eo vitiosiores quo ea, quae incolunt pluribus redundant majoribusque voluptatibus. Et in his talibus locis sperabit quisquam se posse in sapientiam incumbere, ubi tot insunt ac tanta studiorum impedimenta? ubi amoenitatibus corrumpitur animus voluptatibus incenduntur cupiditates illecebris undique mens pellitur, commovetur afficitur.

Equidem auditores si istiusmodi locum aliquem vobis proponerem, magnopere mihi

verendum esset

cavendum esset ne vel quidquid temporis ibi degeretis misere deperderetis, vel ut dein-de ros vestrum non peniteret dura illa ac dira, quae fecisse alios commemoravi vobis quoque facienda essent. Quis enim ubiliter in rerum magnarum cogni-tione versabitur ibi agendo, ubi pestes in-genii, ubi bonarum artium hostes prae-valent, ubi spes, metus, tristitia cupidi-tas nunquam restinguuntur sed in singu-los dies magis inflammantur magisque. Cum vero in loca insalubria, inamoena et ob eam rem iis omnibus carentia rebus quae illa sit ac tanta alunt et conservant vos invitem, nihil necesse esse ad extrema illa decurrere. Ipsum enim coelum quod lacuitur, ipse aer quo continemur ut alia desint omnia, componet haud dubie animi motus, si qui sunt qui excitari vehemens soleant. Si autem parvi sint et leves, flor-vus tollet et extinguet. Et quidem non diris afficiens doloribus, ut oculorum effossiones, mem-brorum mutilationes, somni cibi aliarum-que ad vivendum necessariarum rerum de-ductiones, sed ita ut nec sentiamus nec quic-quam unquam a studiis retardemur. Sed utcumque, seu coeli seu cibi ac potionis sive ipsius. Ubi si ex natura quadam occulta, mo-rum hac incidat mutatio et vel in bonum vel malum pro rerum harum natura propensior (longum enim esset de iis disputare), id

certe in eodem

~~ap~~ certe in eodem apud Homerum Ulysse cerni
licet. Quamdiu enim in amœnissimis
Calypsus hortis degebat, tamdiu vellet nollet
Nymphæ more modoque vivere cogebatur:
ubi vero in solitudinem, ad littus scopulos-
que digrediebatur, statim ibi sedens mæ-
rebat prospectu Oceanum, nihilque ani-
mo præter reditum in Patriam, Parentes,
conjugem liberosque nec cogitabat nec ex-
petebat. Adeo quanto mutantur loca
sæpius, tanto inter utramque partem cerni-
tur ~~inconstantius~~ mutabile vel gravissimorum ho-
minum ingenium

Esto, inquiet aliquis, esto sint in-
salubria loca aptiora studiis quam insalu-
bria: at saniis corporis sanitas tantopere ad
omnia, ad studia vero maxime necessaria
erit ne in locis istis quæ tu laudas semper
integra ac prospera? Difficile est hoc
~~felices~~ affirmare Auditores, siquidem in locis etiam
non pestilentibus, si non sæpe ac sæpius,
gravius saltem ac periculosius ægrotari so-
let: est tamen certum quid respondeam. Fa-
teor et ingenue fateor, corporis sanitatem
esse unum ex tribus illis quæ maxime
petenda a sapiens censebat Pythagoras; aut
ex duobus illis, in quibus sitam esse
hominum felicitatem judicavit Thales Mi-
lesius; etiam illud adjungo rerum omnium
optimam esse bene valere; atque adeo
dirimum quod

divinum quoddam praestantissimumque bonum . . .
Atque ego idem contendo non ita eam neces-
sariam esse ad bonarum artium discipli-
nam, ut si ea desit, aut non sit omnino
prospera, ei sint studia relinquenda.
Infirmae ~~valetud~~ enim valetudinis
ipsi sunt apud Latinos ut reliquos omittam
duo illa Oratoriae ac Poeticae facultatis
lumina Virgilius ac Tullius, apud Graecos
Demostenes inter Oratores, inter Poetas Di-
versias Democritus Homerus, inter Philoso-
phos vero Chrysippus Speusippus Carneades
Pherecydes: Atqui nec Duo illi cele-
berrimarum disciplinarum Principes ac pa-
rentes Aristoteles atque Epicurus: Atque
quidem eo usque, ut occasionem dederit
Metrodoro librum edendi de sua infir-
mitate seu adversa valetudine inscriptum
si Laertio credimus si autem Suidae jam
usque ab Adolescentia nec solem atque
ignem intueri nec descendere de lecto
facile nec ipsarum vestium injectum su-
stinere potuerit. Eo enim tantum ab-
est ut valetudine quisquam distineatur
a sapientiae studiis, ut etiam perfice
multi adjuventur. Mitto Pegasum et
Ptolemeum quorum alter eruditissimus
philosophus alter gravissimus, dum aegrota-
verit, extiterunt: mitto quam sint in
infirmis corporibus imbecilles nec prae-
valentes animi perturbationes. An
non quotidiana

[illegible]

non quotidiana experientia comperimus homines robore quodam et sanitate corporis singulari praeditos inaptos fere esse ad intelligendum, esse bardos, stolidos ac stupidos; eos autem qui viribus et valetudine non sunt admodum firma si hanc elaborationem ineant, ingeniosissimos ac perspicacissimos esse? Immo eo plus cuique ingenii inesse, quo minus adest virium ac roboris? Aliud videlicet athletas, aliud esse philosophos voluit Deus; cumque posset quantum feris quantum domesticis ~~belluis~~ belluis dedit, tantum homini quoque tribuere virium, tamen quia hominem condiderat ad intelligendum cognoscendumque magna sua simia coelestia, tantum ei roboris largitus est quantum ad vivendum satis esset. Ornat enim non inficior, ornat athletarum corpora membrorum vis ac firmitas sed animi exercitationibus ac studiis officit minime quantum teste Isocrate. et sive noluit natura eundem hominem simul valentissimum, simul sapientissimum esse ut placuit Valerio Maximo, sive id quod doctissimi viri censent, corporis vires in nimio sanguine nimiaque pinguedine esse solent certe mentis vigor minuitur debiliturque nimia lacertorum firmitate. Quid enim tandem corpus est, nisi quidam animi carcer? quid aliud membra ejus, nisi

quam quaedam

quibus animus constringitur vincula ?
quod cum sit tam verum quam quod ve-
rissimum, quis non videt ut hominem custo-
dias inclusum aut compedibus vinctum,
etiamsi omni ope potatum nec enim vere
facile nec movere se celeriter posse
sic animum quoque ut maxime adhære-
tur in corporis vinculis ita minime emi-
nere foras posse quæque extra sunt con-
templandum se a corpore abstrahere ?

Salubria loca studiis aptiora quam insalubria

Quam anceps et lubricum ad sapientiam sit per insalubria loca patefacere [illegible] si e nullo [illegible] alio [illegible] sermo vel id verum [illegible] est quod quae illud proposuit, non aperte pronunciavit, ut oportuerat, sed occultis [illegible] animos influere atque instruere conatus est [illegible] ambagiores [illegible], si vel ipse per se expendere [illegible] Significanda modo erat et [illegible] explicatione indiguisset, simpliciter [illegible] [illegible]. Sed enim habuisset [illegible] licet artis [illegible] tantum etiam quantum habuit vel Demosthenes, atque Theatrum [illegible], de qua ne loqui quidem per leges fas erat, [illegible] in Rempublicam [illegible] apparatum populo Atheniensi persuasit, aut Tullius, cum Agrariam legem, hoc est [illegible] abjicere Romanam plebem dicendo coegit. Nunquam tamen [illegible] tantam, tam absurdam, tam ab ipsa natura abhorrentem probasset. Insalubria loca aptiora studiis quam salubria? cui tandem non ex iis, qui hic videat prudentissimi sapientissimique viri, sed litterarum prorsus ignaro persuaderi possit? [illegible] ut Plato exemplo nos docuit [illegible], et a veritate quidem tam aliena quam quae maxime. Id laudaverunt gravissimi viri Hieronymus ac Basilius. At ita tamen non ut omnino sequeremur, sed tantum si aliter quae expetenda sunt, consequi [illegible] non possemus. In universum vero sibi [illegible] persuadeat loca pestilentia non dico studiis esse magis idonea quam sana, sed idonea duntaxat, [illegible] est a communi sensu plane discrepanti, et singularem quandam sapientiae laudem, quam saepe Philosophi veteres [illegible] omnes, affectanti. Nimium omnes natura [illegible] [illegible] gravitatem nimium aeris, venti [illegible] vim, et surgentes de solo [illegible] [illegible] sentimusque non solum corpore sed mente etiam et [illegible] [illegible] inepti [illegible] ad exequendum munus suum. Nam [illegible] tandem sapientiae studia magis floruerunt? Quaere si [illegible]: et si loca pestilentia sapientibus viris alerint ingenia, in [illegible] non solum ego [illegible] [illegible], sed omnes qui sapientes esse volent, [illegible], [illegible] [illegible], et [illegible]. Ac ne magno in numero [illegible], ne vel omnes [illegible] [illegible] discurras, immo ne vel omnes quidem eius Provincias; converte [illegible] oculos, et intuere [illegible] [illegible], quae omnium artium, et doctrinarum [illegible] quaedam, et quasi parens ab hominibus doctissimis judicata est. nullibi mihi crede ~~[illegible]~~ plures, quam in [illegible], hoc est in solo totius [illegible] saluberrimo in quoquo genere excelluisse videois. Mitto [illegible]

artes, quae tamen usu vel magnae, vel seriae, nulli nisi eximio ingenio praeditis
sibi excogitare potuerunt. Hic Eloquentia et inventa primum est, et perfecta, hic
Philosophia caput extulit, et mores hominum, ac mentes formavit; hic celeberrimae
// profecto illae scholae Peripatus, Stoa, Academia, etiam, non infrequens illae si cultis magni
nominis credimus, sed amoena ac saluberrima; hinc nec omnes undique in disciplinam
convenirebant, quique alibi nati essent, hic peregrini iis artibus quibus sese
dedidissent, et domicilium vitae suae collocarent, et doctrina dignitateque nobilitati
floruerunt. Alibi Graecia, sive Athleticam invenies et aliam quamvis exercendi
corporis artem, non has animi, non has ingenii disciplinas. Erat scilicet
Atheniense caelum, et aere in Palladis tutela, et saluberrimum ac temperatissimum;
eamque ingenia progignebat ipsum acutissima, et perspicacissima, tum si qua animi
accepisset capto hercle ..., ... nulla memorantur, ea ita sua, ... ac ... paulatim auxerat, ut familiam et deinde ducerent, et principes scholas tenerent.
Quamquam nihil necesse est res tam locis temporibusque remotas proferre. Pone
tibi ante oculos regionem aliquam gravem et insalubrem; ac ne longius abeas,
Aquilejam; celebris illa quidem olim erat, et ob salubritatem etiam a Vitruvio
laudata, sed nunc quis nostrum ignorat? Quis in hac provincia tam hospes est, ac
peregrinus, qui nesciat, quam in eius incolarum vultu non sit nimius color, quam
etiam pallor ac livor, quam obesa, rubra corpora, tardo, inertia; mira certe ea
omnes narrant. Mihi ad insalubritatem eius cognoscendam instar omnium illud
est, quod honestissimi homines, qui certis anni temporibus convenire sacrorum causa
eo debent, ii cum primum licet, quam citissime inde avolant; quique convenerunt
semel, tantum in ea per aestatem remorari, eorum alii gravissime aegrotarunt,
alii igitur ita multi ... consumpti sunt. Age nunc finge animo omnia de
Aquileja composita, et ut cetera ita Seminarium hoc illuc translatum, ut eo in
annum proximum nobis omnibus migrandum sit. Quid vultis exclamasti? Quo
venisti? Tu nobis te a studiis distrahis, non amoenitatione magna et iucunda,
non agri ingenii, non amoenitatem decere aliae, ubi animi magna securitas
et nulla cupiditatem perturbatio, corpus et mentes erit vegetum ac valens, et ob
infirmam valetudinem sapientiae studiis magis aptum? Dii immortales! Quam inania
et futilia excogitare coguntur, qui ipsa considerare cogantur. Non est, ita me quisquam amet,
nec erit unquam in eo rerum statu Musarum atque ingenio accommodatum illud

caelum, illa regio, illi loci: eapropter ac maxime urbem, quam cuique fovet ubi natus est, quoties lumen oculis illius tranquillitatem considero, immortales Deo O. M. gratias ago, qui Seminario huic nihil de Agrigento [illegible] nomen dedit, quique cum rerum mutationem fieri sivit ut, quo in loco alenda ingenia essent, ut Curia Agrigentina, ipso tempore huc illuc deinceps transferenda, is locus in ornatissimo hoc felicissimoque huius Provinciae caelo statueretur. Quid enim futurum fuisset, si sub crasso illo, pingui atque inerti aere educaremur? Quid si in vapores illos, quos solum [illegible] [illegible] exhalatores, [illegible] quasi, in disciplinam coniecissemus? Videor mihi videre morbos primum nec paucos nec leves in corpore grassantes, inde alias mortes aut potius caedes, utpote hic vel [illegible] vigenti ratione, vel medicorum scientia diligentiaque non acciderent. Perversitatem videre mihi ea omnia ingenia, quae sollicita alioquin nitido essent, ab illo aere occupata torpore quodam ac tarditate singulari eo usque paullatim affecta, ut quidquid progredi in studiis conarentur, magis magisque in ardua ac difficilia prodirent. Mutantur enim mores pro varietate locorum mutatur ingenium atque indoles hominum; atque illi, qui mente quadam sunt praediti tarda ac deside, translati in orbem alium ubi tenuis sit ac purus aer, excitari solent atque promoveri: ita multo magis ii, quos nascentes aequus amavit Iuppiter et placido lumine viderit musa, affici sibi ac retardari celeres ingenii motus sentiunt, si commutent locum et in regionem aliquam non aeque puram ac tenuem commigrent. Omnino quemadmodum arbores tristi sidere quae e natali solo in aliud translatae, vel caelo invidente vel natura novi loci repugnante, vel alia quapiam de causa aut emoriuntur, aut [illegible] multo minusque grata avido colono reddunt. Nam sive ingenium in apta quadam nervorum collocatione situm est, ut nonnullis placet, sive in quadam sicci et humidi, calidi et frigidi convenientia atque ordine, quemadmodum visum est magno illi Aristoteli, non video quomodo constare ipsum possit in locis, quae ob ingenitam salubritatem e nimia aliqua et pravitate rerum inde [illegible] natura proficiscuntur. Nam rerum in nobis compositionem ac temperaturam vitiant et dissolvunt. Cum aliquid eorum vel loco [illegible] vel [illegible] magis sit [illegible]: languet una cum sensibus vis insita: fugit [illegible] vigor [illegible] rerum [illegible] animus, accidit denique, si non quod Atheniensibus [illegible] narrat Thucydides ut implicati fuerint morbo non amicorum, non parentum, non [illegible] ipsi recordarentur, eiusmodi certe aliquid, ut neque parum, neque multum ad

studia facti esse videamur. An ipsa non dierum, sed unius noctis in gravibus locis mansio, quam ipse adventus tantis mæstis oculis tenebras offundit, ut ipsi nobis graves simus; commoratio autem aut potius habitatio nihil quidquam nocebit? Quid? Plantæ nostro, et ceteræ quæ solo elanguescunt vel salubribus in locis corpora animique; et in locis

^ quod si

rapta gravibus ventis semper mente avent, alacres expeditæ? Sed quid ego argumentor? Ubi putas hos præstantissimos cives, qui tam humanitate audierunt, tantam rerum scientiam adeptos esse? Ubi litteras, philosophica, moralia, theologica? Ubi præterea Mathematica iurisprudentiam, et alia talia tam scienter didicisse? Interroga ipsos, si libet: omnes ad unum fatebuntur, se quidquid memoriæ et ingenio comprehenderunt, non pestilentibus in locis, sed sub hoc salubri aere comprehendisse. Et hoc cum probe scires, cur pulcherrime noscisses hos hic educatos esse, atque institutos, te consilium illud tuum tam probare posse sperabas? Apud quos te verba facere arbitrabare? Apud imperitam multitudinem? Apud rudes et indoctos homines? Apud eos denique qui nullas litteras didicissent, qui nihil e bonis artibus attigissent, qui eas ne e longinquo quidem umquam vidissent? Illi vero et doctissimi eruditissimique sunt, ut prohec in eorum conspectum prodeuntem et magnopere vereor quidpiam eloqui possim pro eorum litteratura; nec ut essent, quidquam necesse fuit vel amœna loca relinquere, vel in insalubria migrare: sunt clari atque honorantur ob singularem doctrinam: et valetudine fruuntur omnes integra et prospera nisi si cui forte vel nascenti contigit non satis firma, vel aliter deinde affecta est. Videlicet tantum abest, ut regionum salubritas et amœnitas locorum, et affluens rerum omnium copia bonis artibus obsit, ut prosit etiam mirum quantum! Quæ enim cæli huius temperies! Quæ species et forma regionis! Quæ aeris! Quæ urbis pulchritudo! Quæ descriptio domorum! quis splendor! Quæ templi magnitudo ædium! Quæ celebritas civium! Quæ rerum omnium vel ad voluptatem, vel ad usum, vel ad dignitatem affluentia! Paucis ut complectar, omnia habemus in proprio genere, quare nihil reliquis omnibus totius Italiæ pulcherrimis amœnissimis ac feracissimis regionibus invideamus. Immo quod olim de Atheniensi agro merito dicebatur Græciæ Græciam illam esse, hic Forum Julium iure dici potest Italia Italiæ. Hæc enim principes multarum gentium, familiæ commigrarunt, hic quæ αυτοχθονες sunt, ab omnibus habentur nobilissimæ. hic extant monumenta antiquissima dignitatis eorum, præcelsæ turres, firmissima oppida et castella hic vina nihil Græcis de virtute, suavitate, varietate concedentia; hic cuiusvis generis fruges et

animalia rapidissima, ipso iterato omnia in suo quaeque genere ita perfecta, ut quibus contigit haec aspicere, quamvis extra Italiam profecti non sint, aequissime tamen, quin summo cum dolore, nec nisi iussu aut coacti discedant. Ad viros venimus in natura, bonitate, ingeniorum vi atque praestantia. Mitto Imperatores praestantissimos, totoque orbe ob egregie res gestas, rebusque publicis in gravissimis bellis navatam operam celeberrimos; mitto prudentissimos civilium rerum administratores domi forisque clarissimos, ad eos unos venio, qui bonarum artium studiis, qui doctrina ac sapientia inclaruerunt. Quot in hac urbe una Iurisconsulti, quantique! Hic Alphonsus Belvedere ex Iurisconsultissimis sui temporis, quem Oratoribus Veneti in consilio adiunxerunt; hic Eusebius Caimus clarus duobus responsorum voluminibus libris de veritate, et iuris miscellaneis, nec Tiberius Decianus, ad quem tanquam ad oraculum externi Principes confugiebant, tanti ubique habebatur, habitus ut nec eius schola Patavii discentium numerum capere posset et non modo Mediolanum a Senatu illo sed Romam etiam a Pio quarto accitus sit, hic Franciscus Mantica quem Utinensis iuris eximium merito dubites utrum ornavit dignitas a summo Pontificatu altera, an cum ipse ornavit. Alij ne [illegible] legum scientia celebres. Iacobus Florius a consiliis [illegible] Senatus, cuius opera difficilis illa ac diuturna quae de finibus inter [illegible] et Austrios intercedebat, disceptata controversia est, Servilius Treus item a consiliis Civica Veneta, Antonius Ottelius, quinquaginta et amplius annos in Gymnasio Patavino qui docuit, Nicolaus Draco, Daniel Fabricius, multis ab hac Civitate honoribus auctus, et a Senatu Veneto eques auratus dictus, et vere innumerabiles alij, qui magno sibi et suis huic vero Urbi maximo honori fuerunt. [illegible] Theologi doctissimi, [illegible] Concilium Tridentinum [illegible] inter Franciscanos [illegible] magnus [illegible] Theologus et divinarum rerum concionator [illegible] ac summum [illegible] Familia sua et postremo [illegible] generalis. hinc [illegible] commentarius [illegible] ad Theologiam pertinentia. hinc [illegible] sacrarum litterarum [illegible], [illegible] nox [illegible]

postremo Maximi. Quot etiam Philosophos habuimus et quantos? Antonium
et Josephum Daciancum, qui librum etiam de peste conscripsit, et Aloysium Luisinum
ob veri medicam et philosophicam laudatissimam, immortalem, ob multos libros sed
praecipue ob quem in lucem emisit de compescendis animi affectibus per moralem Phi-
losophiam et medendi artem inscriptum et Josephum Pasqualinum in Patavina
Academia Metaphysicae professorem, et Fabium Paulinum, nobilem in primis medi-
cum ac philosophum, et ~~[illegible]~~ Eustachium Rudium, qui publice Patavii praelegit.
[illegible] denique ne longus sim, neve videar res nobis incognitas ostentare
habuimus ingenia, unum qui est instar omnium Romae in Collegium a Cardinali
Patavino Episcopo Cracoviensi et a Poloniae Rege Cracoviam, a Cardinalibus
Farnesio et Montalto Romam, a Ferdinando Magno Hetruriae duce Pisas, a
Paulo quinto Romam, a Gymnasii Patavini Triumviris Patavium Amplissimis conditioni-
bus accitum. Nam quid eius scripta edita de calido innato, de partium putridarum
indicationibus, de nobilitate, de ingenio humano, de rebus ac recentioribus [illegible]
de [illegible] [illegible] recenseam? Quid alia plurima nondum edita a Thomasino
iam descripta? Ponite vobis ante oculos qui quoque Utinenses in harum literarum
studiis excellentes extiterint. Quanti habitus est, dum Utini et Venetiis rhetoricas
artes interpretaretur, habeturque in praesenti ob latine et Italice scripta elegantes
Amaseus Gregorius. Quanti eiusdem gentis Romulus pater et Pompilius filius hic
Bononiae, ille Patavii [illegible], tum Bononiae is quoque denique Romae et utriusque
linguae Graecae ac Latinae doctor a Paulo tertio electus, et a Iulio tertio epistolis, et Aposto-
licis constitutionibus scribendis praefectus. Quanti fuit Franciscus Luisinus cum apud
omnes tum vero apud Manutium et Octavium Farnesium Alexandro filio educando
magister. Cepit numero pares Fortia, Fabius et Virgilius, ex hoc Henricus Palladius,
Thomas Savorgnanus, Pitonij Rogerius et Marcus Antonius, ex hoc Bartholomaeus Antoni-
nus, et Joannes Baptista Florius, cuius et Iacobi de quo supra commemoravi, strenue
sequuntur exemplum nostri sui. qui omnes alij oratoria, alij poetica facultate, histo-
ria alij, qui pulcherrimarum rerum cognitione immortalem sibi gloriam peperere.
Quid Bellonios commemorem, quid Gratianos, Martellos, Moisessos, Salomonios
Susannas, Caminanos, qui genus suum nunc extinctum suis olim praeclare scriptis
immortalitati consecrarunt. Quid Robortellum Franciscum in omni litterarum genere

excellentissimus? Quid Joannem Baptistam Angorianum scriptorem fama magnum, ut a Sapientissima Republica unus fere omnibus Veneti imperii scriptoribus dignus habitus sit, qui ea, quae de finibus terminandis sese ac regiones inter Senatum et Archiducem Austriacum disputata erant, litteris consignaret? Quid Riccardum Sovulium, ab ipso Maximiliano primo Imperatore laurea donatum Archiniani, et suis perscribendis rebus gestis praeoptatum? Quid alios omnes? Dies me deficiat auditores, si Utinenses omnes qui excelluerunt in litteris, enumerare modo velim. Quid vero si egredi velim? Si Provinciam totam percurrere? Si non praeclaros in Foroiulio quam longe lateque effulserunt praestantes doctrinae fama, qui sunt innumeri, sed omnes dumtaxat Aquileienses, omnes Carnos, omnes Concordienses, Jacobos, alteros Frangipanas, Porcias, Savorgnanos, Strasoldos referre coner, eorumque doctrinam et scripta explicare? ut mirari satis non queam, quid unquam ei, qui haec sciunt, aut certe [struck] scire oportent, in mentem venerit pronunciare insalubriora loca esse studiis aptiora quam salubria. Quae enim regio Italiae? Quae plaga terrarum cunctarum Foroiuliensi salubrior? Quae porro feracior ingeniorum elegantissimorum? Quae ditior, quae copiosior hominum doctissimorum? Nisi me amor fallit aut ... negotii aut Provinciae huius, vere mihi hoc videor esse dicturus, nullam unquam usquam, nullam Italiae oram nec tam doctam, nec litterati exemplis tam divitem fuisse, quam duobus abhinc saeculis Urbem et Provinciam hanc. Adeo quanto unumquodque terrarum magis salubre, tanto magis bonarum artium studiis accommodatum. Quamquam nec desierunt postea doctissimi viri quales fuerunt Philippus a Turre et Justus Fontaninus litteratura insignibus conspicui et toto terrarum orbe clari; nec desunt in praesenti, si referri per eorum modestiam possent; nec vero deerunt venientes in annos, immo erit brevi, erit tempus illud, cum habebit Provincia nostra tum in aliis ordinibus, tum maxime in Ecclesiastico, quos in quoque genere superioribus temporibus opponat. Quis enim sibi desit? Quis rude horridum et incultum ingenium sibi sinat? Quis non omnem operam, omnem curam, omnem diligentiam in studiis collocet, qui sentiat animadvertatque Danielem Delphinum tantopere litteras colere, tam impense litteratis favere, tam liberaliter eos amplificare? Quis tanto auspice ac praeside cunctetur? Quis respondere ejus expectationi ac curis omni ope non nitatur? Equidem, Amplissime Patriarcha, cum considero quid egerit in Foroiulio Delphini huius, adeo musas earumque cultores multum illis debere, sed tamen si vera libere fateri liceat, non tantum illi debent

operam suam. Ex illis enim alii exemplo tantummodo, alii exemplo simul et comparandis viris bonis apte promoverunt, tu vero et egregie scribis et libros comparas non quoslibet aut vulgari tibi testamento, sed optimos, ac honestioribus studiisque praesentibus opportunissimos, et praeterea (id quod maxime in laude ponendum est) curasti quamquam praecipuum donibus Seminario huic, utque non modo scholas saepe ac saepius invisendo, sed cognoscendo etiam singulorum discipulorum progressum, ac pro re monendo castigando, hortando, saepe etiam appellando. omnia denique agis, ut in id studium in quo quisque est, quam ardentissime omnes incumbant. Laude hic isto tam excellenti bono fruere cum natura hac tua tam egregia, tum vero etiam fortuna quae tibi obtulit et quos arces in gloriam tuam, et istoc adhuc pergas perseverare, si quidem Ecclesiastica disciplina [illegible] rerum scientia [illegible], discessum nostrum tuam ut exquisitissima litteraria et verum cognitione excultam maxime, ita fore sanctissimis moribus et institutis ornatissimam.

5ª Dissertazione latina.

3ª Dissertazione latina

Etsi me valde juvat, vestra ipse quoque in parte laboris ac doctrinae praecipuis fructu, ad loquendi finem praeceptorum, quae ante dicendi artem ex hoc loco tradenda erant, pervenisse; tamen cum considero quae praecipienda deinceps restant, non possum non magnopere commoveri. Non enim tenera et balba puerorum ora figurare nunc aggredior, sed adolescentulorum pectora rerum doctrinis alere; non proponere quinam scriptores quamque caute ad latinam locutionem formandam legendi sint, sed ad oratoriae laudis famam promerendam quae iam dicenda sint et quomodo; non denique sermonis proprietatem, elegantiam ac venustatem inculcare, sed rationum momenta unumquodque, uno verbo cogitandi artem quaerere disponere illustrare. Perturbat me etiam rerum multitudo ac varietas. Cum enim in mentem venit, in tradenda vera locutione annos octo mihi occupatos esse, iam provideo animo in alia me atque alia vicissim immitti zizania et opus quod ingredior in immensum prope auctum iri. Erat enim loquentur qui scholas occuparant legebanturque ab adolescentibus latine loqui; non tanti tamen negotii erat cum omnes fere eodem modo inquinate loquentur vitia illa adolescentibus nostris cavere, sed erat satis et eos in ultimas barbarorum oras eijcere, et in suam sedem restitutos latinae linguae parentes et auctores, quomodo legendi imitandique essent ostendere. Verum inventionis praecepta illustrare, rerum tum universarum tum singu-

tarumque ordinem ac distributionem desiderare, elocutionis denique praestantes virtutes exponere ut a rebus temporibus locis personisque non abhorreant; hoc quis non videt, cum necesse est vel singula levissime attingere, vel multa brevissime complecti, vel si similes ex quadam opus est pertractare, de eodem ac fine desperare: Atque haec, etsi tot sunt ac tanta, ut singula valeant vel unum universa peritissimum quemque perterrefacere, [haud sin.] tantam mihi curam [mihi] praeberent si sola disputanda essent. Cum vero necesse sit, ut alii [illegible] verba dicant, non solum solum virtutes subjicere oculis, sed etiam vitia atque insuper quae miseram eloquentiam contaminarunt cum hominibus non usitato [illegible] bus scriptoribus non rerum naturae apta sed abhorrentia longe ac remota a praeceptis omnibus excogitare mallent habebanturque doctissimi atque ingeniosissimi qui maxime a Romanaque eloquentia discederent, cujusmodi dicendi genus nunc quoque cernitur in aliquibus, quantum periculi adeam, existimari potest. Quam enim facile potest accidere etiamsi singulos non reprehendas sed ipsa corpus dicendi genera et mores, ut aliquis quod in universum dictum fuerit id ad sese rapiat et se notatum esse suspicetur! Quid ergo? tacendum est? id vero nec eos, de quibus hactenus diximus (quid enim verbis facias si res non suppetant?) nec nostra persona ac fides ullo

modo patitur; et utcunque erit, juvabit tamen me ipsum id effecisse quæ hactenus si minus conficere omnia potuero, et ea uia indicasse quibus ut plurimum dominantibus ita facillime infidi adolescentes poterant, et aliorum potius quam meis rationibus et utilitatibus consuluisse. Et quoniam, quam cogitandi artem Rhetores instituunt, eam absoluere ac perficere Dialectici dicuntur, ut tum demum apte se cogitare homines putent cum diu sunt multumque in Dialecticis versati, de Dialectica dicere constitui hodierna die, ratus pretium operæ me facturum, si ejus ad eloquentiam usum exposuero. Videar fortasse aliquibus cum rem alienam tractare, tum non eorum, quorum oporteat, utilitatem hac oratione quærere; sed nec ulla facultas est cum eloquentia tam conjuncta quam Dialectica, et qui sunt in Rhetoricis ii nihil fere suo modo agere dicuntur; qui autem Dialecticæ jam student, ii porro pergunt, et suo non præceptorum amplius judicio traduntur [illegible] nisi in ea quod vitent quodque capiant præmoneantur, facile vitium aliquod pro virtute ponant totaque deinde vita colant atque alant.

Sed antequam ad ea venio quæ mihi de Dialectica ad eloquentiam usu dicenda proposui, illud ar[illegible] adolescentibus nostris denuntiandum et edicendum, ne, quemadmodum solent res omnes despicere totasque repudiare si quid vitii forte habent, ita hanc disserendi artem minus colant, si quid audierint in ea a me

minas probari. Non enim ita de Dialectica sentiendum
est ut uel retardare homines ab eloquentia uel non mul-
tum adiuuare dicenda sit. Prodest, ita me uideri aiunt,
prodest ad ceteras facultates multum, tum uero plu-
rimum ad hanc dicendi; neque eam aut contemnere profes-
suerunt ad eloquentiam contendentibus praestantissimi
dicendi magistri, aut nequicquam semper coluerunt
qui uel in Oratorum numerum cooptati sunt uel inter
oratores excelluerunt. Etsi enim nemo nascitur sine
aliqua dialectica, sed omnes natura possunt aliqua-
in quo uersatur eloquentia tenus interrogare ac respondere ut etiam defendere
et accusare; tamen, ut nemo fere sine Rhetoricis ar-
tibus eloquens sit, ita difficile admodum est sine dialec-
ticorum disciplina uel rei cuiusque genus et speciem
cernere, definiendo explicare, in partes distribuere, uel
uera et falsa iudicare, cernere consequentia, repugnan-
tia uidere, ambigua distinguere. Atque ut omni aetati
necessaria est Dialecticarum haud uero cognitio, ita
est necessaria, ut sine ea ad ueram illam et absolu-
tam eloquentiam non sit aditus; ea propterea adole-
scentia est, tam hebes, tam tarda et ad iudicandum
tamen tam facilis, ut, nisi subtiliore rerum exercita-
tione acuatur, subitis interrogationibus excitetur, te-
meritatis et impudentiae saepe ac saepius conuicta assen-
sionem cohibere assuescat, nihil aut certe parum in quo-
quo genere deinde se distinguat. Hinc credo factum
est, ut cum studiorum ratio mutata esset et ab aliis
rerum, ab aliis uerborum doctrinam quaerere oporte-

ret, ne adolescentes forent in cogitando omnino
rudes et imperiti quamdiu versantur in Rhetoricis,
Dialecticam quamdam ipsi rhetores confecerunt
inchoatam illam quidem ac rudem, sed talem ta-
men, quę ineuntis ętatis inscitiam in dicendo re-
geret ac constitueret. Volo igitur Dialecticis stude-
ant adolescentes ii qui in hoc oratorio pulvere ver-
sari statuunt, nolo illas omnes subtilitates et argu-
tias cognoscant quę traduntur in Philosophię limine;
illud nolo sibi persuadeant in iis omnia esse, imo
ita existiment, qui nimium Dialecticus fuerit, eum
nullum oratorem futurum esse. Et sane Disseren-
di artem e longinquo qui non intueatur, sed acri
propius acuat cogitatione ejusque naturam
ac vim in omnes partes vertet et consideret, is
facile multa inveniet pertractata et pręcepta ab
Dialecticis ad disputandum quę ad dicendum nullo mo-
do transferri possunt. Mitto quę pertinent ad unius
mentis cogitationem quęque ad universas rerum
naturas referuntur: ad ipsas pręceptiones venio.
Primum sermonum proprietatem severissime ob-
servandam docent. Atque hinc ad eorum distinctionem
varia illa ac multiplex vocum divisio; ad cognoscen-
dam vim illas proprietates, suppositio, ampliatio,
restrictio, alienatio, appellatio quę vocantur; ad ve-
rum usum indicata vitia ut dicuntur diminu-
tio, obscuritas, confusio, et adhibita remedia, at-

tentio, definitio rei et nominis et postremo divi:
sio: ut hanc Dialecticorum super verbis curam et
has observationes qui inspexerit ei permirum videri
debeat tot ob ijs et tantas verborum magis quam re
rum disputationes et pugnas excitari. Deinde prae:
cipiunt rem quamque presse et anguste definien:
dam esse. Hinc et nihil ipsi uberius explanant sed
genus tantum et speciem indicant, et si quis in defi
niendo sit longior, irruunt in eum agmine uno
et stoicorum ac peripateticorum ope implorata
tam male mulcant ut si sacra omnia violarit. Nam
quid referam insignem in dividendo distinguen:
doque sedulitatem? An vero ignoratis eousque ab
illis res dividi, ut non solum exponant quotuplex
quidque sit et esse possit vel re vel specie et quot
modis quamque multis, verum etiam cogitatione
distinguant? an ignoratis illorum dividendi le:
ges, ut quod totum dividerimus, id efficiat sua omnia
membra; ipsaque membra suum totum; ut nihil
quod diviserimus eo contineatur in quod dividi:
mus; ut vitemus quam brevissimi in dividendo,
praeterea ne simus nimii in dividendo, neve ad
minuta descendamus? At illud mihi pro se quis:
que intendat animum, num qui tam anxie
ac trepide voces expendat, res definiat ac dividat
oratorie possit dicere. Habenda enim, non infitior,
habenda et oratori verborum cura est, et quidem

habenda tanta quanta maxima potest; sed sint ne,
ut appellantur a Dialecticis, mentalia, an uocalia
an scripta, complexa an incomplexa, positiua
an negatiua, primę an secundę intentionis,
singularia an communia, collectiua an distri:
butiua, uniuoca an ęquiuoca an analoga, cate
gorematica an syncategorematica an mixta:
aliasque hujusmodi de uocabulis cognitiones
habere, id uero nemo judicet qui cor habeat o
ratori laborandum esse. Publice enim is dicit,
ad populum ad judices ad senatores uerba facit;
nec uero aliter faciat oportet, quam ut illi lo:
quuntur, sed ita ut ab ijs intelligatur. quid in
tam tenui cura occupetur ut res paruas atque
in singulis litteris atque interpunctionibus collo
catas tam sollicite expendat? quid tantas de uo:
cum ui diligentiam suscipiat, ut tot tam ua:
rias tam absurdas Dialecticorum distinctiones in
dicendo respiciat? Dominantibus uerbis utitur
eaque non ad Dialecticos canones ac leges, sed
ad hominum quibuscum loquitur judicium et intel
ligentiam ęstimat, neque ita eorum proprietati ad
hęret ut alienum in locum numquam transferat,
sed nunc propria nunc immutata usurpat, ac pro
rebus, pro temporibus pro personis qua ueteribus qua
factis ab ipso, qua translationibus qua denomina
tionibus qua abusionibus qua alijs atque alijs sim

plicium verborum luminibus orationem ita vari
at ac distinguit, ut omnes qui adsunt quid ipse di
cat facillime intelligant. Neque vero res perinde de
finiat et distribuat ac si in Stoa doceret, in Peripato
in Academia; sed videat diligenter etiam atque etiam
non dialecticorum praeceptiones, sed quid res de quibus
aget quid personae apud quas aget et alia talia requi:
rant. quid enim magis alienum a dicentis officio quam
ita subtiliter res definire ut audientium cognitio:
nem effugiant? quid ad docendum magis importunum
quam quotuplex quidque sit tam curiose distingue
re ut nimia partium multitudine auditorij pren:
hensiam impedias. Alias definitionis ac divisionis
leges rhetores sanxerunt, alias dicentis judicium spe
ctat, alias causarum ratio postulat. Genus et speciem
uniusque rei explices: minime, si apud doctos vi
ros verba faciam. Nihil quod supersit includes: im
mo vero ea omnia quae ad perfectam rerum cognitio:
nem desiderabuntur. Res ita dividito, ut nec plura nec
pauciora justo membra sint: ego in tot partes distri:
buam, quot cognovero necessarias esse. Ita distribuito ut
ad minuta non descendas: ita sane, si in minutis il:
lis causa non versetur. Hujusmodi praecepta specta
bant et apud graecos Pericles, Aeschines et Demosthe:
nes, et apud Latinos qui est instar omnium qui ubique
sunt fuerunt et erunt M. Tullius: qui omnes in ado:

Etsi veteres philosophi dialecticam dilexerunt, nihil ta:
men hæc eorum præcepta in definiendis distinguendisq.
rebus morabantur, sed et ea distributione utebantur
quæ sibi videretur cuiusque causæ certissima neque op:
portunissima, et ita res explicabant, ut modo univer:
sam tanto viro complecterentur, modo per partes, jā
genus duntaxat, iam duntaxat speciem, nunc diffe:
rens, nunc proprium indicarent, atque non modo pro:
prijs et verbis vocibus, verum etiam similibus et cum
quadam suavitate translatis. Hos imitetur, hos se:
quatur qui publice dicturus est, si quid definiendum
partiendumque susceperit, nec sese dialecticorum vepri: vocis: audito vel
bus ac spinis involvat. At vero ad eorum exemplum argu
mentatur. Dij immortales! cogitate, Auditores, etiam
atque etiam quam male tandem accepti fuerint vete:
res illi ~~Sophistæ~~ oratores Carneades, Leontinus Gorgias, Thrasy:
machus Calcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Chi
us, Hippias Eleus aliique bene multi qui ob eam quan
dam subtilissime et acutissime disputandi insolentiam
et Sophistæ quidem invidioso sane nomine appellati sunt,
et oratoriam facultatem in maximam suspicionem,
invidiam, atque odium adduxerunt. Ac nolo vos per
ea omnia ducere, quæ servanda dialectici præcipiunt
antequam de re quaque quidquam affirmes ac neges; nolo nec
Propositiones singulas ponere vobis ante oculos et ex
plicare, nec earum proprietates oppositionem scilicet
æquipollentiam conversionem aut proprietatum parvas
ac leges recensere; quæ prætereo silentio quam statuant

et adscribens sibi argumentantium tanquam propriam
ac suam, quotuplex sit syllogismus, quot ejus formae,
quae utiles quae non, tum de requisitis quae plurima con-
currunt ut syllogismi id efficiant quod requiritur, quae
omnia ut enumerare modo velim, dies profecto me
deficiat. Ipsum argumentantis (semper hic erro) ipsa
argumentandi rationem traditor habetote. Quam con-
gestim possunt difficultatem proponere incipiunt;
tam deinde syllogismos syllogismis alligantes tam se-
gniter ducunt ac deducunt ut ex multiplici verborum
conformatione idem vestigiis volant, et saepe, ut ipsi
fatentur, ob absumptum in argutiis tempus ipsam
difficultatem proponere non possunt. Neque vero quod
opponunt quidquam amplificant, minutissimis inter-
rogatiunculis et quasi punctis comprehendunt, carentes
omni ope neque sibi excudat unde adversarius diffi-
cultatem suboleat. Nec aliter fieri esse potest. Nova enim
sententia sunt et praecepta hujusce modi: plures subin-
de difficultates non objicere: auctoritates, quae plurimum
valent ac valere debent, fere nunquam proferre: syllogi-
smos semper, raro enthymemata interjicere: Socrati-
ci [illegible] nunquam disputare. Hi homines ingenio-
sissimi mala temporum consuetudine abrepti non
solum [ipsi faciunt ac profitentur], quod ipsum [grave] esset, ve-
rum etiam alijs praecipiunt. Res una ratione doceri
non potest; cave illa soluta ad aliam transeas. Simpli-
ci et secundum naturam enuntiato sermone docenda;
rudis fueris et indoctus, si quid dixeris non argutissi:

me. Ratio tantum non valet quantum auctoritas;
valuerit, si in syllogismum incluseris. Auctoritas
plus valet quam ratio; nihil refert; auctoritas nul-
lum ostendit ingenij acumen, ratio vero maximum.
Atque disputandi ratio nihil prodest ad detegendam
veritatem; immo vero plurimum. Nihil intelligi-
tur nec ab adversarijs nec ab auditoribus; adversarij
viderint, auditores autem ut minime intelligant,
ita ingeniosissimum te ~~haud dubie~~ judicent: de-
nique si quo in numero apud doctos viros esse vis,
ita te geras, ita agas, ita disputes, ut ab his sanctis-
simis et usu longo confirmatis legibus ne latum
quidem unguem discedas. Et hi apte cum popula-
gant, opponere vel nocentium scelus ac fraudes vel in-
nocentium vitam ac mores castos judicium animis sub-
jiciant, utiliter deliberent? qui cum satietatem alla-
turi ~~sint~~, longiores aequo futuri, omnia praeter natu-
rae ordinem acturi, tum vero nihil eorum quorum
causa disputant effecturi sunt? Alia, mihi credite, lon-
ge alia ~~disputandi ratio~~ dominatur in foro, in rostris,
in senatu disputandi ratio; non hic brevibus interro-
gatiunculis ac punctis efficitur quod proponitur, sed
dilatandis argumentis, sed adhibendis oratorijs omni-
bus ornamentis; neque vero idem semper urgendo
eodemque modo, sed omnia quae convenire apte pos-
sint colligendo, eaque alijs atque alijs modis explican-
do. In publicis privatisque disputationibus, in fictis

illis litterarijs certaminibus, in quibus gloriæ famæ et
acuminis opinioni servire omnes solent, in gymna:
sijs etiam si placet ostentate quantum habet et qui:
buscumque rebus habet ingenij acumen; in caussis vero
publicis judiciorum, concionum, senatus, ubi qui sedent
abstrusarum harum ac reconditarum rerum vel rudes
omnino sunt vel obliti, ubi alia omnia præterquam
hæc acumina spectantur, ubi veritati, audientium com
muni bono, rerum saluti et incolumitati consulen:
dum, cavete vobis, magna animi provisione ca:
vete, ne tam tristi ac severa argumentatione usa
mini, quæ quanta quanta eris punget audientes auditores, non
persuadebit. Dicam enim quod sentio: tota hæc argu:
mentandi ratio atque hæ dialecticorum argutiæ ~~[illegible]~~
, quibus ab ingeniosissimis hominibus
paulatim referta dialectica est, vix mihi in illis fa
cultatibus quæ reconditis in artibus atque ~~in~~ quadam
varietate litterarum versantur, locum habere vi:
dentur. Hoc certe judicavit Tritemius, cum Philosophiæ
singularis curiositate inutili sacram Theologiam ab
anno 1140. fœdari cœptam esse testatus est; hoc Pau
lus Langius et Henricus Gandavensis, cum suum
æqualem Albertum magnum dialectica quadam con:
tentiosa garrula spinosa Theologiæ puritatis splen:
dorem infecisse suggillavit; hoc D. Thomas, cum Aver
roem acutissimum dialecticum non tam Peripateti:
cum ~~fuisse~~ quam Peripateticæ Philosophiæ depravato:

vem fuisse dixit; hoc Vincentius Gravina, cum Dia-
lecticorum Laqueis et cavillationibus a simplicitate
et veritate sua degenerasse Jurisprudentiam conque:
stus est; hoc denique omnes qui castè integreque de
rebus pronunciant, cum omnium artium ac discipli:
narum ab Arabis ortam Luem profitentur. Quod qui
dem cum tandem aliquando pręstantissimi nostri tem
poribus Italię, Germanię, Gallię, Britannię Philosophi
animadvertissent, averruncarunt eodem Gravina
teste a naturę cognitione pestem hanc, et pristinam
studiorum severitatem ac veram germanamque dis
serendi rationem pręclarissimorum inventorum ante
Platonem et Aristotelem feracissimam revocarunt.
Nam unde tandem nisi e Dialectica tot inutiles con
troversię in scientias irrepsere? unde nisi e Dialecti
ca tot in controversiis gravissimas tamque acuta illa
ta argumenta, quę eas potius enervant quam corro:
borant? Non est hujus temporis atque loci, multo ve
ro minus mearum virium omnia incommoda quę
a Dialecticis acuminibus disciplinę acceperunt, ora:
tione percurrere; sed tamen si cognoscere avetis quan
tum ea profuerint et profutura sint, convertite tan:
tisper oculos ad eas publicas disputationes non quę exer
citationis gratia instituti solent, sed quę alicujus veri
inveniendi causa habitę sunt. quando enim ulla ve:
ritas in hisce conflictibus excussa est et effulsit? imo
quando opinionum falsitas Dialecticorum spinis arma:
ta non se defendit? Tertij est — in Pannonia
Petro Varadini

quæ Fran. Davidis Trinitatem atque humanitatem Xti publice negantem et Lutheranos ac Calvinistas eadem defendentes vidit: testis Lipsia quæ Echium cum Luthero et Carolstadio: testis Ratisbona, primum cum Theologos Catholicos ~~cum~~ adversos [illegible] et alios [illegible], iterum cum Malvendam et Bellicium adversus Bucerum et Brentium, ~~primum~~ tertio cum Adamum Tannerum, Albertum Hungarum, Jacobum Gretserum adversus Heterodoxos de rebus ad Religionem pertinentibus diu multumque decertantes vidit: in quibus disputationibus quis unquam (idem Danæus exclamat) se victum esse professus est? quis non vicisse gloriatus? uno ut dicam verbo: vicerunt semper sua sententia omnes, adversariorum quisque suorum nullus. Nec mirum; ut enim cætera omittam, fit hic nescio quomodo, ut veritas quæ simpliciter elata plurimum valeret, ipsis dialecticorum argutijs debilitetur, falsitas contra obscuris illis ambagibus ut sepiæ atramento inspersa non appareat. At quorsum hæc tam multa? inquiet aliquis. horsum duntaxat, ut perspicuum omnibus sit, Dialecticam subtilitate ab Oratoria facultate prorsus abhorrere. Si enim artes eæ, quæ abditis e fontibus hauriuntur longissimeque sunt ab imperitorum intelligentia sensuque disiunctæ, acumina illa non possunt admittere quin seipsas compungant; quæ, bone Deus, et quanta incommoda Dialecticis

in societatem adscitis sibi eloquentia conficiat ne-
cesse est quæ tota popularis est et in rebus ad popu-
lum spectantibus versatur? Non enim, hic quæ-
ritur, Auditores, utrum privatio sit aliquid et ex
putri an ex ovo culices nascantur, non utrum Deus
humanam naturam sibi adiunxisset si Adam non
peccasset, quomodo Angeli sint in loco atque inter se
colloquantur, non utrum diem tertium an peren-
dinum, judicem an arbitrum, rem an litem dici
oporteat; in quibus liceat acumen ingenii ostenta-
re: sed illa quæruntur factum ne quid sit et quale
sit, faciendum ne an non faciendum, sed de moribus
hominum disputatur de animis de vita, sed de
institutis civitatum de legibus, de jure, de bello
de pace, de vectigalibus deque iis omnibus, quibus
civium utilitas atque incolumitas publice privatim-
que continetur. Quæ quam absurdum sit in cau-
sis publicis compressius et Dialecticorum more
disputare, si e nulla re alia æstimari possit, vel
illud unum satis est, quod ne veteris quidem philoso-
phorum rhetorica, quæ multo erat quam hæc Dialecticorum
liberior ac latior, tractanda sunt. Age dum enim;
quis inter philosophos Platone uberior? Poetas inter
a criticis collocatur. quis Aristotele nervosior?
Isocratem æmulatus est. Cape nunc quos ad vitam
publice privatimque instituendam de virtutibus
hominum, de moribus atque institutis populorum

conscripserunt, eorum libros bene multos et sane lon-
gos cape lege ac perlege. quid sit civibus ac magistra-
tibus agendum, pulcherrime fortasse cognoveris, ad id ve-
ro agendo, nihil inde inflammeris. Idem animadverti
in Xenophonte: immo M. Tullius, ille idem M. Tullius,
qui in foro, in rostris, in curia dominatus est et in quam
vellet cunque partem populi judicia suavis-
sima eloquentia pertraxit, in iis libris, quos inscripsit
de officiis, quamquam nec oratione omnino philosophi-
ca utitur nec tam ad virtutem quam ad virtutis spe-
ciem instituit, omne denique disputandi genus ad com-
munem opinionem conformat, alius tamen est a se
ipso causas agente, nec vulgi auribus plane accommo-
datus. Sed quid ego plura disputem ut ostendam nimi-
um dialecticae usum ad eloquentiam non pertinere? Ipsa
enim dialecticam tractatio, ipsa in hujusmodi argu-
tiis diuturna et diligens exercitatio ad oratoriam
tandem impedimento est. Et vero quid tandem o-
mnium aut alterum e dialecticorum ~~disputationibus~~ tabem locum
afferam, quod ipsum sine summa varietate audiri
non posset? quid tandem aut Menandri illa

κακοῖς ὁμιλῶν κ' αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός
φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί?

aut illa Juvenalis

.... Grex totus in agris
Unius scabie cadit et porrigine porci;
Uvaque conspecta livorem ducit ab uva?

Nonne etiam Brutus apud Tullium miratur, quid

sic quod omnes ferme seniores prudentissimi in dis-
serendo sint et id quae faciant singulari artificio
genere acutorum, iidem a disputando ad dicendum tra-
ducti inopes reperiantur, idem Tullius non aliunde
id fieri respondet, nisi quod Stoicorum in Dialecticis omnis
cura continetur. Exerceantur igitur per me li-
cet, exerceantur in dialecticis adolescentes ii qui ad
eloquentiam contendunt, jactent sese in illis saepius
ac saepius, nec illa incommoda, quae Jannijs, Italijs
Hibernicis aliisque dialecticis perfectissimis contigere
ut in iis subtilitas in disputando summa non desiderare-
tur, desideraretur eloquentia, ipsi vereantur; prae-
sertim cum nostrorum temporum dialectica, ex quo
in Asia et Africa ab Arabis, in Europa ab Hispanis et
Gallis et postremo a celeberrimis Dominicanis, Sco-
tistarum, Nominalium familiis coli coepta est et
a tot hominibus tam ingeniosis per tot annos cele-
brata, expurgata ineptiis omnibus sit et ad Socrati-
cam gravitatem revocata. Dii, aeternam fidem:
quot monstris et quantis aucta per illa tempora et
[illegible] barbarorum, distinctionum incomprehensibilium,
propositionum reduplicativarum, modalitatum, haecceli-
tatum, ampliationum, restrictionum, universalium
essentiarum aut intelligibilium et aliis hujusmodi:
quorum usus ad disputandum fortasse mirifice prodest,
ad illud efficiendum orationis genus cuius supra ac mul-
tis quod adhibemus ad dicendum, mirifice obest. Com-
minuitur enim et debilitatur generosa indoles in istas
angustias conjecta; quodque de Diogene qui cum Carne-
ade et Critolao de eruditionis veteris ad Romanos la-

tus Legatus venerat, apud Ciceronem in secundo de Oratore libro dicit Catulus, genus sermonis assecutisse non liquidum, non fusum ac profluens, sed subtile aridum concisum minutum, denique scriptum et Stoicorum proprium, illud multo magis iis omnibus timendum est, qui in nova hac dialectica diutius immorantur. Vera dico et experientia comperta. Qui enim scholarum orbem vix emensi tentare aliquid oratorium in morem aggrediuntur, et vel de Religione alicujus de pietate sanctitate moribus rebus gestis dicere, vel ad virtutes ad rite et sancte vivendum cohortari, quamvis illi quidem et praeclara proferant, sed dictionem habent, ut in oratore, inusitatam obscuram jejunam, tandem ejusmodi quae uti ad vulgus nullo modo possit. Periodi confragosae et impeditae, metaphorae impudentes et insanae, figurae frigidae et importunae: uno verbo omnia non ad oblectandos impellendosque audientium animos ita [illegible] mirabilia [illegible], sed dura vasta macra omnia. Quod quidem eo mirabilius debet videri, quod nec [illegible] omnes dialecticae nunc tractantur, sed exulant inde [illegible] plerique; et qui tam squalidas, tam hirtas, tam meticulosas orationes proferunt, ex eorum numero ferme sunt, qui in nostra haec studia non incumberent, non illi quidem perfecta [illegible] (rendum [illegible] paterent perpetuam) excogitabant, [illegible] tamen scribebant ut ad dicendum omnino nati esse et facti a natura viderentur. Sua videlicet dialecticis Rhetorica est, sua philosophis aliisque professoribus, ora-

toribus vna: quisque tamen enim qualibet dicen-
ue et multa exercitatione assuefactus fuerit, is qui
singulari quadam et prope diuino ingenio vir. ?? fe-
rme in alterutra reliquarum excellat. Hoc nobis an-
te oculos habere semper et spectare oportet qua-
ecumque studiorum genus susceperimus; atque, ut
nec philosophi omnino dialectice aut oratorie,
nec dialectici philosophice et rhetorice, ita ne nos
quidem, cum rhetorice agendum est et res fuse co-
piose electissimis uerbis grauissimisque sen-
tentiis augendae et ornandae, philosophorum aut
dialecticorum more disseramus: quamuis ea com-
plectar omnia, petamus ab illis quod ab iis peten-
dum est, dicere uero discamus a dicendi magistris
eorumque more nosmetipsi exerceamus. Atque
hoc cum viribus omnibus enitendum est, ne qua-
tenus simus accurati neque elaborandi cupidi;
neue a natura decedamus optima dicendi ma-
gistra et ob alia multa et grauia, tum uero
in primis, ut Amphitami Patriarchae exem-
plum, quemadmodum par est ac decet, imita-
tione exprimamus: qui quoties publice dicit,
ita dicit, ut omnes qui audiunt sapientiam, gra-
uitatem et facundiam dici non posse uno ore con-
fiteantur.

6ª Dissertazione latina

Utilius ne ſit Magiſtros eſſe juvenes, an ſenes.

Etsi præceptorem agere tam est arduum ac difficile, quam gerere magistratum; tamen quod in Rebuspublicis non raro accidit, ut quilibet homines ad imperia evehantur, idem sæpissime solet in hoc literario quasi regno usuvenire. Ac si unquam in more hoc institutoque fuit, ut cujuscis ætatis mortales adolescentes ad erudiendum susciperent, hoc profecto tempore est, quo plerumque juvenes barbatuli, scholarum ordinem vix emensi, etiam ferula nondum soluti, ad gymnasia adhuc ventilantes aut publice ludum aperiunt, aut in alienas domos transeuntes ~~ibi~~ pueris ibi ingenuis præcipiunt. Hoc vero irridendi hi sunt, aut vituperandi. Par est omnes suæ consulere utilitati, iis præsertim non invideo unde id facere possis: et si juvenes docendi munus sibi sumunt, nequaquam eos usque adeo existimo aut arrogantes aut impudentes, ut opus velint tam anceps tamque lubricum tractare minus idonei, reputantes, si forte fiat, ut ~~[illegible]~~ detegantur, se magno cum contumelia dimissum iri. Patresfamilias miror quid impellat, ut hos potius quam seniores in disciplinam liberos tradant. Neque enim mihi persuadere possum esse nunc patres, quales olim vigilavit teste Plutarcho Aristippus, et multo post sapientissimus Crates; aut ideo magistros juvenes anteponi senibus, quod illi semper mercedem magnam exigere solent, illi vero exiguam, si in sua doceant privata domo, victum autem in discipulorum ædibus, nullam ferme aliam præter quam quæ ad vivendum in dies iniri necessaria est. Sciunt enim omnes hoc et vident si non in suis, at certe in extraneis, ut pluri-

plurimum in præceptores impenditur, ita eos doctissimos esse utilissimosque erudiendæ juventuti; neque vero hoc solum, sed illud etiam, rei familiaris rationem eos pulchrius dicere, quo melius eruditi liberi fuerint, atque instituti. Sed nos in præsenti, Auditores, totum hoc judicium omittimus; vobisque utilius ne sit magistros esse juvenes an senes, ut constituatis permittimus. Tantum ea proferemus in medium, quæ potissimum in utramque partem dicenda sunt ut ubi nos alteros cum alteris contulerimus, qualesque utrique esse soleant pro virili parte nostra exposuerimus tum demum vos in suffragium eatis

Utilius eſt, Magiſtros eſſe juvenes.

Laudanti mihi A O vobisque magistros juvenes non senes commendanti illud tacite objecturos nonnullos video, me istiusmodi instituere orationem uno inductum studio partium et privata quadam in homines ætate mihi prope pares benevolentia. Quod ego sane neque nego, neque inficias eo alteros a me diligi, alteros autem amari; modo eos qui nos ideo elevare volunt consitentes habeam, quæ causa nobis est cur juniores magistros senibus anteponamus, eandem discentibus omnibus esse, cur illorum quam horum studiosiores esse soleant. Ego enim ita existimo, ut studiosissimus quisque alicujus est, ita maxime nititur, ut ei sit quam simillimus. Quod cum ipsa experientia compertum sit, vel me tacente intelligitis, Auditores, unumquemque discipulorum majorem apud magistros juvenes quam senes curam et diligentiam studiis impensurum. Non enim juvenes ut senes omnia alia, quæ abhorrent a musis, timide ministrant et gelide, non terunt tempus in agendo minimas quasque res, non in sermonibus bene longis, non in diuturnis colloquiis, non in garrulis senilibusque fabellis permultas horas consumunt, sed cupientes maxime imperitiæ suspicionem,

si qua

si qua sit, propter ætatem, ex hominum animis studio delere atque opera, præterquam quod ea omnia, quæ ad susceptum docendi munus non pertinent, aut plane negligunt, aut quam celerrime expediunt, totum insuper tempus illud, quod ad festos celebrandos dies, et ad voluptatem aliquam animique et corporis humanissimam honestissimamque remissionem conceditur, non conviviis, non aleæ, non pilæ, sed studiis tribuunt litterisque. Neque ... me pudet, Auditores, adeo in senes inclementem esse, ut iis velim a condicionem aliquam duriorem quam ferre possint statuere, eaque quibus ferendis magis quam vivendo senes facti sunt imperare. Cessent per me licet, et, quod veteri proverbio monentur, fiant mature senes ut diu possint esse senes: tantum dico, otio eo, quod ipsi sibi sumunt omnium concessu senectuti datum, remitti solere adolescentum studia et propter modum retardari. Quam enim aliam de litteris opinionem imbibere ii possunt, qui earum doctores negligentiores vident, nisi eas aut esse facile parabiles, aut non quantam vulgo putantur utilitatem et laudem habentibus conficere? Sic malevorum se res habent. Ut ~~alias~~ alacriores ad congrediendum prœliandumque milites facit ducum ardor et industria, ad sua quemque obeunda opera nautas gubernatorum sollicitudo et cura, ad patrias servandas leges magistratuum exemplum et spectata virtus ~~civium~~ cives; item discentes maxime excitat ardentissimum docentium studium: ut volentibus liberos non invitos et coactos, sed hilares ac lubentes, quod maximi momenti est, in partes has et quas libet alias incumbere quam laboriosissimi magistri sint studiosissimique, hoc est, juvenes diligendi. Nam fateor et ingenue fateor studuisse senes, illosque labores, qui ad verum cognitionem et scientiam superandi sunt pertulisse; sed putatisne ideo, eos Auditores, magis discipulis inservituros esse? putatisne

æque anxios in docendo fore atque sollicitos? Cogitate etiam atque etiam quod in patribusfamilias universe solet. quam diu enim in parandæ re occupandum egentes, et vel æs alienum dissolvere, vel in summis esse laborant, ponunt sibi is ante oculos progentem verum statum, quam attentissimos ad rem facere nituntur, ejusque augendæ atque conservandæ rationes omnes liberum ac sæpius inculcant. at si fiat, ut dextro Hercule Mercuriove fausto et magnum aliquodmodum et grandem summam censeantur, refrigescit statim ille ardor et studium excitandi ad rem liberos, paulatimque labente ex animis superiores inopiæ et exantlandorum ad quærendas opes memoria laborum eo res redit, ut si sumptuosum vivendi genus non suadeant, certe a lautiore vita et liberalitate, si forte animi cœpta sit, non dissuadeant. Idem fere hic accidet, Auditores. Instituuntur, non inficior, pueri a senioribus quoque, sed non eodem animi impetu et studio, quæque traduntur, ita traduntur, ut arripiant atque adeo accipiant nec ne discipuli haud ita valde laboretur. Nihil videlicet eorum in senioribus est quibus olim et cogebantur ipsi, et cogebant alios non cessare, verum dumtaxat stimulus adest mea sententia neque acer, neque ad id quod quærimus satis vehemens discitarum amor, et et cupiditas quam cum propter jam partam recte docendi famam discipulorum frequentia floreant, per vitæ institutum explere facile possunt. At vero in juvenibus (eloquor enim jam confidentius, quoniam tanta cum æquitate me audiri sentio) quot sunt et quanta, quibus stimuli nec sinuntur ipsi, nec sinere alias possunt? Imperitiæ suæ, quæ propter ætatem moveri potest, suspicio et opinio, laudis cupido immensa, sui nominis celebrandi mirum studium, et probantium magistratuum existimationi commovendæ, munus docendi novum et insolens quod susceperint

unt, et sentire se ad tuendam scholam minus idoneos, et alta sella dormire eos non permittunt, sed exsuscitant et extimulant ut et quam diligentissime doceant, et discipulos in suę spem glorię foventes quanta possunt doctrina maxima et verum scientia imbuant atque informent. Nam quid dissimulem? quid reticeam quę in lucem prolata isti vel nostrę literarię professurę apprime sunt? Nimium mehercule difficiles mihi senes videntur, nimium morosi ac severi: illorum effetę vires, enervatumque annis, et laboribus confectum corpus nihil eis altum nihil sublime cogitare sinit; propterque nimium quemdam peccandi timorem, dum omni risico cavere laborant, in illa plerumque incidunt languorem et humilitatem. Itaque si nemo tenellas adhuc plantas sicco et sine ullo humore solo committere audet, ne sint statim humiles, et veluti terram spectantes; sed udo et pingui mandare omnes volent, ut quam altissime crescant, et diffundant ramos quam latissime, profecto etiam discentes rectissime ei magistro committentur, qui nutrimento valeat quamplurimum sufficere. Nam si pueris ipsis recens natis nutricem dandum, non quę jampridem pepererunt, sed quę plurimum lactis ministrare possunt; cur tandem magistris istis aridis tradendi erunt discipuli, qui molius alendi sunt, et velut quodam jucundioris disciplinę lacte satiandi? Nisi vero existimatis, quod senes in re faciunt, ut una omnia calumniendur, et nihil nisi quod numeris omnibus absolutum sit probent, idem ab alijs non exacturos; aut cum minorum moribus nihil indulgeant, sed castigent, reprehendant, exagitent quidquid levitatis in illis animadvertant, scriptionibus deinde daturos veniam et siquid liberius aut dictum fuerit aut excogitatum, ignoturos. Sed quid ego argumentor? quid plura

disputo? Convertite, tantisper oculos ad celeberrimas Academias; aut potius recordamini vobiscum ipsi, qui ad illas quondam accessistis, quam parum vitæ et sanguinis in docendo senes, quam satis contra juvenes ac strenui. Neque vero sapientissimi earum moderatores hoc non vident. quemadmodum enim duces prudentissimi subinde solent in recensendis copiis senes et bello inutiles exauctorare et in eorum locum juniores legere ac prævalentes: ita hi [illegible] docentes omnes certo quoque tempore quodammodo lustrant; et si quem inveniunt propter ætatem Lectionibus minus utilem, aut pro merito donatum ad honestissimum otium dimittunt, aut ad dignitatem aliquam litterariam, quæ nihil requirat nisi hominis præsentiam, evehunt: his vero omnibus juvenes sufficiunt. Atque hunc tantis viris senum ipsa mihi videtur indidisse rerum omnium magistra optima natura. Ea enim ita res humanas temperavit, et temperat, ut in quoque genere maximam velit esse præstantium senum paucitatem, juvenum vero excellentium vim prope infinitam: quotidieque juvenes in mundum inducit, expellit senes: ut haud obscure significet id quod hactenus diximus, magistros juvenes longe esse quam senes utiliores.

Utilius eſt Magiſtros eſſe ſenes.

Credo ego vos mirari Auditores etiam nunc nedum in principio antequam hic surgeret ad dicendum fuisse aliquem aut potius esse potuisse qui contra verendam senectutem dicere auderet et rebus omnibus tanto intervallo reliquis ætatibus superiorem istius juventutem in dicendo detrudere. Tam enim apertum hoc est tam perspicuum et ab omni prorsus dubitatione abhorrens præstare discentibus magistros esse senes quam juvenes ut in media luce cæcutire merito videatur, si quis senibus otiari jussis adolescentulos velit adolescentioribus præcipere. Et sane ubi tandem sapientiores? ubi doctiores judicandi sunt? ij ne, qui nunc demum se vitam vitalem vivere incipiunt scire, et haud diu ætas est cum discipulorum cathedras reliquerunt? an ij qui graves annis docendo tamen magis quam vivendo consenuerunt? ij ne qui ad summum bis docenda viderunt, semel cum discipuli audierunt, iterum nunc præceptores? An qui millies, toties certe quoties floruerunt discipulis novis, tradenda cognoverunt, pertractarunt, perfecerunt? Equidem, Auditores, sic ego existimo, cum rem attentius, et omnis expers curæ considero, non modo non plus sapere magistros juvenes quam senes, sed ne ea quidem quæ docent omnia satis intelligere. Nam si quis est ætate etiam provectus tanto a natura instructus ingenio ut unam aliquam in rem cum incumbat omnia quæcumque ad eam pertinent et tractantur in illa vel scientiæ pervestigatione vel disserendi ratione, possit comprehendere, et nusquam offendat nunquam erret, labatur nunquam, hunc ego non summis viris comparo, sed simillimum Deo judico. Quotus enim quisque illorum, quos Heroica vetustas apud omnem posteritatem quasi religione quadam consecravit, ita vehementer atque feliciter ei scientiæ cui se se dedidit studere cæpit potuit, ut omnia quæ voluerit consecutus sit?

Testis mihi sit Aristoteles quem tamen docentem audire neminem poenitebit,
testis Plato cui divino nomen indidit infinita quaedam doctrina, testis hujus
Praeceptor Socrates qui omnium eruditorum testimonio totiusque judi-
cio Graeciae cum acumine et venustate et subtilitate tum verum
sententia prudentiaque fuit omnium facile princeps qui tamen omnes
plurima vere viderunt, non tamen cuncta, quae omni rerum artium
pene infinita vi ac materia continentur, ~~peni~~ pervidere penitus
potuerunt. Imo tanta difficultas est cognoscendarum prorsus rerum
omnium, tanta obscuritas, ac tam recondita multiplex rationumque ratio,
ut repente extiterit olim nova secta Philosophorum de omni re
dubitantium et assensum ubique sustinentium: qui in utramque par-
tem modo dicerent et quod videretur esse magis probabile pro re
nata disputarent. Sed quid ego vetera conquiram, cum mihi lice-
at uti superiorum et nostrorum temporum exemplis? Videtis ne eos
qui apud nos jamdudum familiam ducunt in suo quemque gene-
re ubique perfectos non extitisse? Videtis ne alios aliis excellere,
et esse tamen in iis ipsis rebus in quibus praestant quod arguatur?
Neque vero quemquam fuisse tam beatum qui ab omni errore sibi
caverit et absolutissime omnia perscripserit? Et quis vestrum igno-
rat, quanto otio abundarint ii omnes quanto studio quanto ingenio
floruerint? Quis, quantis praemiis excitati fuerint quanta allecti
studiorum voluptate, quanta laude, quanta gratia, quanto ho-
nore? At nequaquam in juvenibus par ingenium est (ut caetera
omittam) nequaquam par studium tamque diuturnum otium. Sit enim
acutissima celerrima ac perspicacissima illorum mentis acies, pro aetate
tamen sit semper necesse est hoc est nec ita ~~multa~~ ac soleret qua-
lis fuit veterum illorum et esse solet senum omnium, et adhuc unius serrari,
~~serrari adhuc~~ non parum ex illo situ et squalore quocum nascimur
omnes et quem ad multam aetatem retinemus, ~~et adhuc~~ illa caligi-
ne.

ne illis tenebris, quas obortas animi oculis nobisquum dies potius et tempus eripit quam labor et industria, tetes. Quid? ubi tandem est otium? Quae tanta liberi et vacui temporis facultas? mitto enim opera caetera obeunda cuilibet aut religionis caussa aut suorum quorum obliuisci nemo potest sine scelere summo; mitto corporis curam suscipiendam omnibus, animi remissionem et laxamenta laborum prudentes ita necessaria ut sine iis vel robustissimi defatigentur: Concedo libentissime non conviviis non ludis non ambulationibus juvenes tempus contrituros. Quantum tamen aufert illud quotidie docendi officium? Quantum illud quatuor aut quinque non raro etiam sex horarum et quidem studio aptissimarum spatium quotidie in scholis discipulis impendendum? Nihil igitur, inquiet aliquis, profuerit tot annos ad gymnasia ventilasse? nihil tamdiu Doctores audivisse? Nihil totam pueritiam et adolescentiam quanta et quanta fuit in studia insumpsisse? Illa vero prosunt Auditores et quidem non mediocriter; verumtamen non sunt me/hercule satis ad docentium personam sustinendam atque instituendam necessaria. Aliud est audire et discere, aliud docere; ut discipulis, quae legunter quaeque inter scribendum occurrunt, non dictanda sunt omnia ne opprimantur obruanturque angustae illorum mentes, sed dumtaxat quae aetati ingenio et viribus consentanea videntur; Ita magistri multo plura scire debent pro suscepto a se munere muniendo perfectius. Quae cum sint ejusmodi et cum propter disciplinarum difficultatem, propter temporis angustias propter juventutis ingenium pinguius et rudius omnia quae pertractanda in quoque genere sunt comprehendi omnino ad [illegible] istis non possint, tametsi scisse jam debeo, decedam tamen de jure meo et illud unum quaero, quomodo magistri juvenes digerere possint tradendas res rationemque docendi

di inire facillimam et discentibus accomodatissimam. Hæc enim illa vere patent, et in medio ita sunt posita, ut uno adspectu cerni possint, nec latent veterisque atque abdita; et cum investigandis rimandisque, tum explicandis atque enarrandis ita ut dici confundant discentium mentes et intelligendo, et ingenio opus est magno et tempore plurimo et labore prope infinito. Videmus, inquient, acerrime et inopiam qua laboramus per ætatem ludis et vacationibus omissis studio compensamus. O præclaros magistros, siquidem ut recte doceant quæ docent, addiscere in dies debent. At senes quidem jam didicerunt id omnia quæ docturi sunt sibi comparavunt suumque in succum et sanguinem converterunt. Accipite enim Philippi terræ Macedoniæ Regis sapientissimi, ac prudentissimi ad Aristotelem Epistolam ab Aulo Gellio quia curæ diligentiæque in liberorum disciplinam hortamentum est, ad comovendos parentum animos excriptam. Filium mihi genitum scito. Quod equidem Dijs habeo gratiam non perinde quia natus est quam pro eo quod illum nasci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, ut eductus eruditusque a te dignus existat et nobis et rerum istarum susceptione. Non putavit sibi Rex acciendum Aristotelem filio suo præceptorem cum his grandior esset et institutioni maturus. Sed simul filius natus est simul Aristotelem monuit: ut (quid enim potius) mature certior factus quis esset is quem aliquando erudituros erat, eas pararet, quæ instituendo filio suo in Regnum sibi successuro opportuna judicaret. Non potest mihi credite. Auditores non potest unquam fieri ut animus quotidianis scholis addictus optimo tempore semper impeditus hæc quæ necessario facienda sunt non modo scribendo sed ne cogitando quidem possit sustinere. Cognoscite, enim qualis sunt

tunc foret Aristoteles, et quantus. Viginti jam annos Platonem audierat: docuerat plurimos rhetores ac sophistas summa cum laude in urbe parente et altrice disciplinarum Athenis: omnia illa volumina quae constant et quotquot injuria temporum periere partim conscripserat, partim moliebatur: ingenio vero fuit tanto quanto potest mortalis esse maximo. Cum tamen eum tanto ante inchoandam Alexandri institutionem monendum censuerit Philippus electum esse Praeceptorem ut haberet otium ad excogitanda perscribendaque quae Principem eruditum decerent: vos adolescentes vestros magistris junioribus committendos tradendosque esse censebitis, qui ut summa habeant caeteri temporis otii quidem certe vix satis habent ut omnia, quae ad doctrinam spectant, inveniant colligant disponant†. Quantum enim magistri veteres juvenibus prosint, si ex nulla re alia aestimari possit, vel illud unum satis est, quod ex illorum ludo tanquam ex equo Trojano multi praestantes viri jam exierunt, ex horum autem nondum ulli: ut quantus ex hac parte metus est ne oleum operamque adolescentes perdant, tanta ex altera spes sit, eos fore ut ingentes existant.

† [illegible] satis.

Musæ & Apollo Sapientiæ præſides Juvenes ſunt.

Est locus ingenti situs altissimus umbra
Quem leni medium flumine lympha rigat.
Hic ego dum sedeo meditans quod nostra resumptis
Musa in secreta parte moverat opus,
Auferor, incertum vigilans placidane quiete,
Et tenui Aonium dulce repente jugum:
Et tenui, et stupui (nec lusit amabilis error)
Nascentes violas purpureasque rosas.
Nil hic arentes, nec [illegible] solibus agri,
At molli tellus gramine usque viret.
Mirabar gelidas spirantes leniter auras,
Et verno halantem flore recente plagam.
Cum mihi Callimachus sese tulit obvius atque
Nil, ait, invenies hic senuisse puer.
Ver hic perpetuum est; plaudisque Favonius alis
Per valles semper, per juga celsa volat;
Quique tenent Pindum, venerantur numina magna,
Hinc usque autumnus, aestus, et arida hyems.
Dixit et ante tulit gressum et me traxit, ubi inter
Eminet Aonias pulcher Apollo deas.
Ut tandem stare ante fuit, positoque timore,
Luminibus potui quamque notare meis;
Quos oculos! quales illi vultusque genasque!
Quos crines! quales! quam juvenile caput!
Talis eras Helene, cum te non Trojus hospes,
Sed multo rapuit Leseus ille prior.

Troius
Theseus

Talis eras Juno, tuque o Tritonia Virgo 1.

Talibus accepit cum Phrygia Ida viris.

Talis Cypris erat, cum vultu pulchra, probato

In Cyprum victrix aurea poma tulit.

Vera caro minus in Cœlo Lucina sereno

Sideribusque novem cincta Ariadna micat.

Pulchra minus surgit Tithono Aurora relicto,

Ut decor et niveo luceat ore rubor.

Nam quis Sithonias laudet candore pruinas,

Candida musarum brachia qui videat?

Quis spumam Oceani, Venus unde exorta putatur,

Spectet ubi Aonidum candida colla, probet?

Singula ne referam mentemque oculosque negabam

In tanto explevi lumine, totque bonis.

Sed quot tunc Clio tentatis pollice chordis

Et quæ primævi temporis acta dedit?

Hic primos licuit terrai discere reges,

Atque a principio qui tenuere polum.

Progeniem licuit magnorum noscere ~~[illegible]~~ Divum

Nec non priscorum fortia facta ducum.

Invida quæ nostro obscura nocte vetustas

Texerat, occultis addideratque locis.

Sed quid non licuit? dixit sua quæque puella

Carmina; quæque solet, præbaque concinuit.

Pars quid quæque ferat regio quid quæque recuset,

Et teneri ostendit addiditque satum.

Pars data jura olim legesque, quid utile, quid non:

Quidque hominem deceat, dedeceatque refert.

Hęc quod naturas rerum tueatur alatque,
Quid tellus, aer, ignis, et humor agat,
Unde tremant terrę, qua vi penitusque tumescat
Atque in se refluus ipse residat aquis;
Unde nives pluviæque; quid intonet omne fragore
Interdum cęlum fulgurisque micet.
Illa infinitam describit carmine terram
Urbesque et fluvios, cęteraque ima notat
Urania vero, a cęlis quę nomina ducit
Utque nisi ętherium sidereumque canit,
Quę de celesti quamque ardua retulit orbem
Partem aliquam liceat, virgo referre mihi:
Quinque tenent, inquit, quę vos convexa videtis
Zonę: quę media est, torrida sole rubet.
Extremę in orbis dextra lęvaque teguntur,
Concretoque rigent tempus in omne gelu.
Has inter mediamque, duas cum frigore flamma
Temperat, unde etiam nomen et omen habent.
Circum utramque via obliqua est, quę rectius, atque
Si malis, dici fascia lata potest
Hic duodena micant (et dixit nomina) signa
Hac Phębus rapidos ducit et urget equos
Hęc autem moles geminum versatur ob axem;
Suspicit hic libicos despicit ille scythas.
Nempe hic sub pedibus orbis latet abditus, ille,
Sublimis semper conspicuusque patet.
Verum age, nobiscum conscendas ęthera summum,
Sideraque agnoscas nomine quęque suo.

Jam stellam Andromedam, jam Cygnum, Pegason, alti
Monstrarat Virgo lucida signa poli:
Cum generosam Aquilam, nec non et Pegason inter
Aspice Delphinum nobile sidus ait.
Pergere constabat musam: vat, Divas, vat linguam:
Hoc est praesidium dulce decusque meum

Artes omnes initio imperfectæ tempore abſolutæ ſunt.

Quicumque ille fuit doctus qui protulit artes,
Vir ſane eximius, ſummi decoris fuit.
Ille idem tamen ætherias ſi rurſus in auras
Prodeat, ingenium conſpiciatque ſuum,
Vix inventa ſua, mihi credite, cernere poſſit.
Sera adeo excoluit omnia poſteritas.
Nil ſeſe totum protulit ſcilicet unquam,
Unaque res omnes auget alitque dies.
Cernite, vere novo quam vix primordia rerum
Tectaque vix tepido pallent herba ſolo
Sed ſinite ire annum. Vix prima inceperit æſtas;
Herbis prata virent, arbor opaca comis.
Nec mora; continuo pendebunt arbore poma;
Triticeaque premunt horrea meſſe viri.
Quot quantiſque olim caruerunt artibus artes!
Quam primo anguſtæ! quamque fuere leves!
Hinc fortaſſe homines muſas finxere puellas;
Quippe quibus gravitas defueritque, rigor.
Longa mora eſt, quotquot peccarunt turpiter olim
Dicere et hoc ipſo eſt res mage clara die.
Sed quis Pythagoram probat? et non acriter uſque
Corripit deliri ſomnia vana ſenis?
Qui cum partem hominis docuiſſet vivere ſemper,
Hanc etiam in ſpurcas tradidit ire feras;
Quique ideo abſtinuit ſemper dum vita manebat
Semineiſque ovibus, ſemineiſque fabis.

Quis fert antiquos puerorum magica docentes,
Per summum ipsis corpora danda nefas?
Et defenda olim porcis data jura maritis?
Concubitusque vagos uxoribus esse bono?
Tempus superveniens magis et magis erudit ætas,
Quodque homini vere est utile, vera docet.
Sic animo ex omni plane indefensa voluptas
Exulat inque unis nunc valet illa feris
Sic jam desierunt pariter esse errata, nec ullus
Digna iisdem pœnis crimina quoque putat.
Quid non posteritas aperit? non amplius ulla
Cum terra æternus dicitur esse Deus.
Non proprias elementa sibi sumpsisse figuras:
Non casu ista regi, nec sine facta Deo.
Hoc verum in mundo detecti denique fontes,
Qui veteres nimium jam latuere diu,
Detectæ speluncæ altæ, cæcique recessus,
Unde hominum cœpit commoda multa genus;
Detectæ multæ, variæ, ditesque fodinæ,
Cumque effossa illis rara metalla simul,
Quin nova detecta est tellus, Asiamque Afriamque,
Transque solum et solis nunc licet ire vias:
Tantum et in his quis potuit longinqua vetustas
Invisa antiquis protrahere in medium.
Hinc ut mundo saliens e pumice rivus
Principio tenuis pauper oberrat aquæ.
Sed magis atque magis quo porma ab origine distat
Colligit ingentes fluminis instar opes:

Haud secus ingenuæ processu temporis artes
 Auxerunt cives quas potuere suas;
Et tandem externis qua fas est finibus usque
 Et decus et nomen nobile ubique gerunt.
Ipsa hæc quæ fausto coluerunt omine vates,
 Obscurum jacbant exiguumque genus
Nec cum per Grajas cultissima floruit artes
 Culta suis numeris alma Poesis erat.
Mitto quod est cupidis servire coacta Poetis
 Et lenæ partes egit et officium.
Non speciosa illo miracula tempore prompsit
 Cyclopem, et Scyllam, Lestrigonasque feros?
Non verum fictis contexit vana fabellis;
 Et falsis homines lusit imaginibus?
Me miserum! quantis inducit numina monstris!
 Impia germanum surbulit ila Deum.
Me miserum! quanta induxit committere Divos!
 Auctores scelerum fecerat ila Deos.
Hinc mars in toto Venus et notissima Cœlo
 Fabula; Dis raptor, raptor Atlantiades.
Omnipotens hinc in taurum mutatus et imbrem
 Polluit Europam polluit et Danaem.
Hinc inimicitijs Juno cum conjuge et ira
 Ardens rivales acriter ulta suas.
Sed seri his tandem bene consulere nepotes,
 Hinque arte egerunt talia monstra procul.
Sic nimirum etiam juvenes monstrosa magistri
 Edunt, at verum perficere ila student.

Pueri a senibus geniti gráciles plerumque sunt et macilenti

Uxorem quidam senio jam fessus inerti
    Duxerat, et sanguis viveret inde suus.
Tandem concepit mulier peperitque; sed o quam,
    Quam puerum peperit, Jupiter, illa parvum!
Major cura igitur nati plenissime atendi
    Certe nutrici est ubere lacte datus
Sed neque nutrimen largum neque magna Saventum
    Quidquam tantum puerum reddere cura valet.
Pellis et ossa fuit totus cum venit ad auras,
    Nunc etiam totus pellis et ossa manet. Port
Quid plura? ignorans caussam (nam fœmina) mater,
    Quis scit an infantem fascinat aliquis ait.
Fœmina dixisset; sed vir lacrymansque gemensque,
    Ah! vigilem nequii progenerare senex.
Hic puero senibus datos non esse magistris
    Monstrant, doctrina crescere si volumus.

Senilis ingenii fœtus habitiores quam juvenilis

Sunt duæ in ingenti præstantes orbe puellæ,
Ambæ dulce canunt, membraque dulce movent:
Altera Odissea est, dicta Ilias altera; cuique
Ista dedit genitor nomina magna virûm.
Ambæ unum jactant tamen ostentantque parentem;
Et non quod, juvene hæc, illa creata sene est.
Ilias auctorem florentem ætate juventæ,
Auctorem agnovit clara Odissea senem.
Utraque formosa est, sic ut non pulchrior usquam
Hæc sit, nec fuerit ulla, nec esse queat.
Nescio quid tamen est gravitate augustior una,
Et majus quoddam gestat in ore decus.
Vires ultra? haud quam juvenis pater edidit acer,
Ut plures numeret grandior illa dies:
Sed quæ posterius et languescentibus annis
Edideris multo tardius orta potius.
Hæc satis ostendunt diversa Poemata Homeri,
Quanto animo pariant uberiora senes.

Senes repuerascunt

Donec nos alimur, donec cum corpore vires
Augescunt, robur mens quoque nostra capit.
Ast ubi praescriptam crescendo tangere metam
Contigit, augeri nec datur ulterius;
Ut quae robustis adolevit viribus aetas
Deficit, inque annos deficit inque dies;
Sic quae vis animi magis et magis ~~emicuit ante~~ hactenus aucta est,
Et vero occultas vidit acuta vias,
Carpitur, et seu quod rigor evanescit in auras
At veluti igni spiritus aptus abit;
Atque quod affecto pariter mens corpore manca est,
Cum parte alterius altera poscat opem,
Sive alias e causis; nam mille incommoda nostros
Grandaevorum animos debilitare volent,
Certe paulatim delirat linguaque mensque,
Quotidieque magis claudicat ingenium:
Ut tandem qui olim fuimus jam rursus idem
Jam pueri simus, vivere si liceat.
I nunc et pueros senibus committe magistris
Si pueros pueris vana docere putas.

Senibus ingenium manet si permaneat studium et industria

Que tam defessa est? que tam imbecilla senectus,
  A qua non possit docta Minerva coli?
Ille Leontinus centenos egerat annos,
  Nec quidquam incepto diminuebat opus.
Sic nec Pythagoras, nec Democritusque, Platoque,
  Philosophique alij conticuere senes.
Quin et Athenarum Populi super aethera noti
  Egregias laudes retulit Isocrates:
Et Coloneum Sophocles dedit Oedipon altum,
  Cum jam canities texerat alba caput.
Quid? non decrepiti et Socrates tangere chordas,
  Et Graecas addidicit Porcius ille Cato?
Discere nempe potest que vult operosa senectus.
  Nec que perdidicit tarda docere potest?
Permanet ingenium senibus, mihi credite, dum illis
  Permaneat studium sollicitusque labor.

Puerorum ad magistros senes ventitantium conditio

Etsi ad decrepitum prope depositumque magistrum
Me pater adduxit puerum, utilitque per alter,
Discere quas placuit, tali duce et auspice tali
Exercere; tuum nunquam tamen ipse probabo
Pollio, consilium, qui nullo elegeris unum
De doctoribus his senibus. Quin quod mihi prorsus
Noxe senes liceat, te ideo dissuadeo nempe.
Primo fixe loco quod non puerilibus apti
Sint animis isti. Mihi certe sudor ad imos
Manabat talos, quoties veniendum erat illuc:
Nam quae cum senibus pueris concordia? ut aetas
Utrorumque immensum differt quiddam, ita mores
Et studia: ut citius coeant inimicitia amicitiis,
Serpentesque avibus geminentur, tigribus agni:
Nam quam teter odor! quam foedus anhelitus ore;
Funditur usque senum! Dentes gingivaque putres
Flava, oculi manant fere omnibus: omnibus ungues
[illegible] subter collecta sorde nigrescunt.
Quid referam nasi muccum? et quae mista tabacco
In mentum pituita cadit, naresque labrumque
Nec raro vestes incrustat turpiter ipsas?
Nil haec a senibus pueros avertere credis?
Nil, quae post seppe et prugisque cum fervidus ardet
Sepsit, et exurit siccatos Sirius agros
Levo exhalatur turpis cautere mephitis?
Nescis, ad senum pueros adstare decere.

Nec procul, ad cathedram, quoties accedere oportet
Sive aliquam prosam lecturus sive poema?
Heus cave, ne, multi ut nostrum studia oderit ipsum
Ob praeceptorem natus; neu saepe palaestram
Non adeat, scribatve nihil, ne accedat ad istas
Ingenuus sordes, aut honestus turpia vitet.
At puerum est opere proprius spectare senilem
Formandi pueros exercendique laborem.
Narrabo quod ego vidi: et tu omnes vere ab uno
Discito. Ut in ludum nostrum devenerat, atque
Se posuerat in sellam; vestemque locaverat illa
(Hora autem hoc inter tam paucula temperabat)
E loculis sudariolum techamque trahebat
Nescio quam; at buxo color arguit aureus illam
Factam, et quando homini caput abradebat acutus
Ritens. Hac manibus tremulis atque unguibus uncis
Reclusa, vitrea exprombebat bina specilla.
His naso ante oculos positis, libroque adaperto
Tandem mi recites, dicebat, filius Arbi,
Filius Hortensi; tuque o postreme meorum
Discipulorum, atque ingens tui dedecus hujus,
Ede agedum quae hodie voluisti dicere deses.
His demum auditis ponebat ~~ponebat~~ ab ore specilla
In pluteo, aut dextrae imponebat lentulus ulni.
Hinc emungebat nasum; tum pixide aperta
Tabaccum digitis avidus crespulisque trahebat
Naribus, elatam, ne quid de pulvere passim
Decideret, retinens ad nares pixida laeva.

Atque hæc moris erat facere et dum pensa legebat,
Et dum præcepta enarrabat, et ex Cicerone
Virgiliove aliquid, Flacci exponebat et Odas
Nec semel aut iterum, sed sæpe, et sæpius; ac si
Sternutanti improviso de nare specilla
Deciderant, dum pertendat, dum terget et aptat
Annus erat. Iam pigre autem fabatur, ut inter
Singula raptarentur onustæ verba quadrigæ.
Omnia complectar paucis. Tardissimus ille
In cunctis erat; inque diem perpauca licebat
Discere pigritia in tanta tantoque veterno.
Erudiendum igitur natum tu, Lælie, ad istos
Mittes, qui in nugis consumunt tempora; quique
Iam lente instituunt, nihilo ut post doctior annum
Exeat auditor quam cum se contulit illuc.
Mercedem ingentem tribuam, inquis, commodius; et sic
Languentem extimulabo senem. Fallere, bene recte.
Nam sic et medicus sursum deorsumque recursat
Et matutinus, vespertinusque, paratus
Quamvis decrepitus centum conscendere scalas
Unde aliquid sperat nummum; at quæsitus ab ægro
Pauperve qui cubat in tegete applicitatus humique
Ne invisat, solitus veniam et causarier annos.
Nequaquam hoc sat erit tamen. Antiquum ungere currum
Sæpius interea posthac debebis, ut apte
Ducat, neu medio in cursu ferrove rotarum
Frangatur, sonitusve gravi capiti obstrepat axis.
Nunc pernarum, inquam, nunc par pullorum, anatumve,

Nunc erit agnellus mollis, nunc haedus opimus
Dolio, mittendus: vinum non una lagena
Addenda ut laxet tensum jecur, atque bibaci
Natura possit genio indulgere subinde.
Ipsa etiam mittet conjux. Ne te moveri, audi
Quo res deveniat. Mantissa obsonia tandem
Mercedemque veri vincent donanda magistro.
Omnis avara rerum gens est, cacoethe laborant
Hoc omnes quotquot possunt spectare senectam,
Plus ut habere velint, quod sit vitae minus; hisque
Una patet, qua rem faciant, haec semita lucri.
Nec de suscepta interea ratione docendi
Mutabit quidquam tamen; et data dona valebunt
Non ut plus doceat, sed ipse ut te lactet inani,
Ingenium pueri laudans studiumque benigne.
Propositum senibus nemo vehementius urget,
Ut magis instinctu quam consilio curare
Res omnes dicas. Sic certo tempore certis
Omnia agunt horis, ut nunquam orbes
Conciat, curata et det machina certius horas.
Finge orbem late fractum; consurgit eadem
Hora de lecto serior, domitum it eadem,
Atque hora semper prandet et coenat eadem.
Frustra ergo expectes dum sit mage sedulus, atque
Exuat innatum naturalemque soporem.
Frustra itidem expectes dum, quae nova protulit aetas
Nostra aut invenit Batavus Germania, necnon
Anglia, doctrinis praestans et Gallia multis

Doceat, quæ quondam scripserit, una docebit
Semper, si vivat Priami, si Nestoris annos.

Magistrorum juvenum mores

Qui mores juvenis quæ sit natura magistri
Nemo magis norit, quam qui cum versatur ipso.
Eja age, sermonem de qua re cumque lubebit
Injice coram illo: geometram, rhetora, artistam
Grammaticum, medicum, cytharoedum denique quemvis
Invenies hominem, comoedum etiam atque tragoedum.
In ludo fortasse idem. Si hi magna loquuntur
Coram aliis, quidni hic, ubi plurima scire videri
Plus multo refert. Ergo tibi si audeliones
Exoptas totidem pueros quot ludere circum
Ipse domi gaudes, in ludum hunc mittito cunctos.
Doctori similes vani audacesque redibunt
Nam non hoc unum est vitium. Adsta proxime et audi;
Quid præceptores tales blaterentque crepentque
Interdum in ludo coram auditoribus. Omnes,
Quos possunt, carpunt; et quos non carpere possunt,
Valdius exagitant: ipsum sapere ut videantur
Cœlum vituperant: se autem divinitus unos
Esse datos clamant, demissosque æthere summo,
Qui veras rerum causas aperire docerent
Hos cave commoveris; non natio carior ulla est,

Si tangas. Ardent, emittunt ora oculosque,
Tamque excandescunt, quam turpis femina dicta.
Hinc etiam noscas, quam sint veri studiorum.
Nam qui revera sapit, haud irascitur unquam
Quamvis tentatus, si quod magnus Theodecte
Doctor Aristoteles veri crepat, unde ego multa
Descripsi et didici, quemque horum, de quibus est jam
Injectus sermo, vidit nemo legitque magistrum
Namque hi non fontes vivos rectantur ad unos
Illuc, unde abii, redeo. modo diximus esse
Hos iracundos quemvis adversus et acres,
Qui velit excutere ipsos. Nemo tamen magis id quam
Discipuli norunt. Palmas urit ille flagellis,
Hic humeros matris ostendit livore notatos;
Huic caput in cursis obtunditur ictibus; illi
Auriculae manant fervente sanguine vulso
Quid plura? hic ludus scuola non mitior aula.
Usque adeo strident strutice, clam ferulaeque arapeque,
Et pugni horrendum in tergum grassantur et ora
Hos igitur tristes semper tragicosque putares
Esse nec unquam homines? Verum (quis credere posset?)
Mutatus rerum facies perisse repente
Illaque tragoedia nuper nunc comoedia facta est
Comoedi pariter ipso peragente magistro
Ludis? videtur. Verum inspice janua rimis
Qua pertucet vel qua inducit lumina claris.
Inspice. quid dubitas? videon ut sua brachia jactet
Cum puero doctor, pariter agat atque lanistae?
Ad laevum convertite oculum obliquaque. Videbis

Ludere par impar. En sursum proruumque recurrat
Cum puero sane cursu nunc cautes oportet
Ut eidem in pratis equitat. Satis imo mane, oro,
Siquidquam merui ut videamus cetera. nam jam
Edificare casas libros cernemus, et illos
Si mures habeat plostello adjungere mures.
Hec ubi facta gravem rursum vultumque severum
Induit; et siquis leviter subrideat. ille
Flet statim ita est medium nihil, atque ita cuncta geruntur
Impariter semper. Hec tu constantius istos
Credito habere scholam. Modo scilicet acriter urgent,
ut nullum videantur opus tibi majus habere
Ore manibus; modo cessant segniter atque quiescunt
Turpiter, et magno cum damno discipulorum
Hec mutire solent. Stadia at taciturnius ipsa
Nunc stant nunc vident tristes vaduntve palestra,
Usque adeo donec finis crepat et jubet omnes
Undique sarcinulis collectis protinus ire.

Ecloga
Inter pastores Corydonem et Tyrsin

Cor. Cur non, Tyrsi, greges capitant dum frigora nostri,
Et nos sub fagi latis consedimus umbra,
Carmine tentamus venientes pellere somnos?
Tyr. Tu, Corydon, cantes. Nostre sunt tempore vires
Jamdudum effoete. at tua versibus aptior etas.
Cor. Sic est; et quantum rosa matutina colore
Non flacescens cedit non cedit odore,

Tantum nos animo et præstamus corpore vobis.
Tyr. Ah! Corydon, Corydon! faxit Deus ipse senescas,
Et multas hyemes videas, multasque cicadas:
Quam nunc contemnis, laudabis jure senectam.
Cor. Non equidem nollem; sed nunc certamina inire
Possumus, at nunquam senibus certare licebit.
Tyr. At poteris meliora tamen. Sic optima semper
Quæque antiqua solent cunctis producere sylvis:
Cor. Tyrsi, tibi nunquid vernantis temporis annus
Sordet, cum videas variorum flore colorum
Et prata et colles? nova quæque feracia semper.
Tyr. Non; verum autumno decerptas arbore prunas
Castaneasque nuces, atque aurea mala reponas.
Cor. Suspice quæ paucis ficus sata pullulat annis.
Quot quandoque gerat lactentes cerula ficus.
Tyr. Hanc conscende pyrum, quam diuexata senecta est!
Attamen haud pomum gustavis gratius unquam.
Cor. Quam dulces nati, quos circum ludere paucos
Aspicis? his gaudes, his longas decipis horas.
Tyr. At hi nos deserunt; et quæ blandissima vestras
Pertentat mentes fore vero tempore magno.
Cor. Ut lac vix pressum tepidumque ex ubere fesso
Recreat? Ah totis vadit penetratque medullis
Tyr. At tum nemo putat nostrum coalescere posse;
Post ubi refrixit dumtaxat caseus extat.
Cor. At quidnam alternis sinitur requiescere tellus?
Non ut ditescat tanquam novas germinet herbas?
Tyr. Nos quoque cessamus, sumptoque deinde labore

Plenius ac melius tandem res edimus omnes.

Cor. Aspice prata novo del colles vomere culta,
Sylvasq ubi rupes erant nec non mollissima bobus
Gramina: quam lete vegetes? quam pinguia fana?
Haud sic iis semper cultis unuenit aquis.

Tyr. Aspice que terre accipiunt fecunda novales
Semina quam lolio et duris implentur avenis?
Heu quam luxuriant et faliunt deinde colonos? -
Nunquam adeo multas alios tu videris herbas.

Cor. Cum novus orbis erat celum telusque recenter
Edita, tunc certe per se dabat omnia tellus;
Nec renovandus ager, nec tantus cultus habendus
Aboribus: verum quot nunc quantique labores

Tyr Tunc nempe arbusteis contenti fetibus omnes
Et corna et duris carpebant mora rubetis:
Tunc nec lota Ceres inde semen sparserat arvis,
*Nec dederat aut rastros aut rustica quisquam.

Cor. Flumina tunc lactis, tunc flumina nectaris ibant
Flavaque de viridi stillabant ilice mella.
Aurea vere etas qua nec fera bella nec enses
Et secura homines peragebant otia volli.

Tyr. Nec patO narrantur, Corydon. nam glandibus olim
Vescebatur homo, certe sacrata Tonanti
Quercus: quin bene si memini que tradidit Alcon
Pugnabant olim valide pro glandibus istis.

Cor. Nunquam his in sylvis bella horrida vidimus ~~unquam~~ ulla
At fando tamen audivi, non martia ferris
Arma dari senibus verum quibus integer evi

Sanguis robustique suo stant robore cives.
Tyr. Vidi equidem, nec vana refers; sed ducere turmas
Vidi etiam non jam juvenes et tempore canos.
Cor. ~~Tyrs~~ Hi juvenum frenant animos et fervida corda;
Hi trepidas firmant acies et in ordine ponunt!
Cor. Tyrsi adest aliquis: venit; adspice nuncius ille
Ille (vides) canis. hic abeat; nos deinde sequemur
Tyr. Ut lubet. ast utinam Corydon, nos Tyrsimque ullus
Audissetque Alcon: sylvis hæc diximus unis.

Gratiarum actio

Aristoteles magnus ille naturarum omnium investigator, ubi in Rhetoricis de junioribus senibusque disseruit, amborumque mores atque ingenia distinctissime explicavit, mediam quamdam ætatem constituit et utrinque reductam. Hujus fortasse ætatis magistros adsciscendos esse censeremus, si nobis sententiam dicere liceret. quinam enim ad docendum aptiores, quam qui nec ad juventutis senectutisve vitia pertingunt, et omnia habent quæ in junioribus senibusque bona censeas? Verum enimvero non est nostrum hac super re quidquam sentire, non tam ob ætatem ætatisque prudentiam et judicium exiguum, quam quod hoc in loco educimur erudimurque, cui præest sapientissimus moderator, idemque nostrarum rerum diligentissimus. Sint enim juvenes, sint senes, sint medij qui magistri creantur ab ipso, prudentissimi illi omnes idoneique maxime ad suam quisque tuendam scholam judicandi sunt, et dumtaxat quod creati ab ipso. Nisi vero existimatis, qui tantopere laborat de nobis discentibus, ut nihil an=
ti=

antiquius habere videatur, cum de nos docentibus parum esse sollicitum. Equidem, amplissime Patriarcha, cum considero quot et quanta negotia solus sustineas, ut provinciam hanc tuae moribus, legibus, et institutis firmes, et cum perpendo quot et quanta tibi acciderint anno hoc, non possum non tuam summam virtutem summopere admirari. Sed mitto quae in tuae hujus Dioeceseos rem agenda occurrerunt quae jam calles perfectissime. Quot bone Deus et quanta post intentatam litem illud et hic et Venetijs egisti, fecisti, scripsisti, ut praevalentem prope adversarium evinceres, ejusque omnes ictus omnes artes, (eloquar an, ideam?) omnes dolos detegeres! Non interdiu, non noctu tibi pepercisti: non difficillima itinera recusasti, non gravissimos ambitus labores, non quotquot denique peragenda fuerunt ut caussam tam bonam, tam justam, tam ad immemori certam atque perspicuam sed adversariorum opibus prope desperatam atque depositam sustineres. In his tamen rebus tot ac tantis tamque difficilibus, ut nostra respicere magnum esset, atque vel oblivisci nostrum non esset mirum, vel si meminisses oblitum te esse facile probare posses, usque adeo tibi cordi nos fuimus, ut, et, quoties utinam interea vidisti, nos inviseris, neque ante ad otium dimittere volueris, quam uniuscujusque mores et studium ipse disceres et quantum quisque nostrum hoc scholastico anno in utroque profecerit, fessum jam et quantum ex ore vultu voce conjicere potuimus non bellissime valens, statim atque huc advenisti, cognosceres. Maximas his de rebus gratias tibi omnes et agimus et habemus, maximas etiam quod huic litterariae exercitationi in tan=

tu

tis temporis angustiis interesse voluisti: oramusque Deum Opt. Max. ut diu interesse possis. Agimus etiam vobis, A.O., quotquot adestis pro vestra in nos audiendo humanitate agimus; et precamur etiam atque etiam, ut nostra omnia quantulacumque benevolentia vestra complectamini.

7.ª Dissertazione latina.

[illegible]

Quod ijs acciderat, qui longo suscepto itinere in tri:
uium deueniunt, ut, sinistrorsum tantum ne
deflectant moniti, aut dubij hærerent, utram e
duabus alijs uiam ingrediantur, aut utramque,
quo contendunt, ducere rati, eam, quæ in diuersa
exit, inirent; idem in Latium profectis adolescen
tibus nostris ne eueniat, magnopere uereor. Qui
bus enim, ut superiore anno significauimus,
propositis uijs, cum horridam unam et aspe:
ram ne arriperent admonuerimus, nisi e reli:
quis, quæ sese offerunt, utra capienda sit, præ-
monstrauerimus, periculum est, ne aut incer
ti et ancipites subsistant, aut utramque quo
nauiter pergunt ferre ~~rati~~ arbitrati in eam
in quam minus oportet sese tandem conij:
ciant. Quod quidem eo magis timendum est,
quod altera, qua flectendum est iter, paucorum
trita solo occulta prope est, et angusta, altera,
unde reducendum, quamplurimorum non leui
ter pressis uestigijs lata panditur atque il:
lustris. Video, quam difficili scopulosoque loco uer
ser hodierna die, Auditores, dum inueteratam

parandæ Latinitatis rationem euellere aggredior, et scriptores, quos præiudicentium auctoritas et usus propè omnium apud adolescentes quasi religione quadam consecrauit, arguere; sed date mihi quæso ueniam hanc, ut quæ de tota hac re sentio, quæque iudico ~~de ea~~ iuuentuti uestræ in primis profutura, pro ea quæ mihi imposita persona est, pro illius linguæ libertate et ingenio quam secutus utinam essem consecutus, eloqui possim. Quotus enim quisque est ~~[illegible]~~, cui principes Latinitatis auctores ad imitandum uni propositi fuerint? immo cui ~~[illegible]~~ in manus sæpius non traduntur Florus pro Livio, Seneca tragædus pro Virgilio, Martialis pro Catullo, Quintiliani declamationes pro Cicerone? Hi, inquam, scriptores sæpe ac sæpius prælegunter, hi explicantur, regnant denique in scholis: optima interea ad Latine loquendum instrumenta, h.e. ij, in quos singulos et uniuersos illud conuenit, quod de diuina duntaxat Eneide dixit Augustus, laudentur, urgeant, placeant, relegantur, amentur,

squalore et situ per summam injuriam et magno cum nostrorum Adolescentum damno misere contabescunt. Verumenimuero non est haec, ita me superi ament, recta Latine docendi uia; ac siquis forte miratur, quid sit, quod pro tanto discentium numero tantaque diligentia nequaquam satis multi inueniantur, qui solidam illam ac ueram Latinitatem referant, miretur potius si quem ejusmodi uideat, quam siquem aut non balbutientem in Latina lingua, aut uerba barbara, impropria, et solœca non proferentem. Ecce nobis hodiernæ orationis tota summa et ratio: Omnes homines, qui Liberos suos aliquo inter Latine scriptores numero esse uolunt, et hujus sermonis uim laudemque possidere, omni ope niti decet, utejs, dum pueri sunt et in omnem partem cerei, quam longissime a Recentiorum scriptis abserreant. Recentiores cum dico, non illos intelligo, quibus, quamdiu suus stabit uirtuti honos, tamdiu uindicatæ ab interitu Latinitatis laus tribuetur, Petrarchas, Philelphos, Poggios, Faccios; nec qui studium hoc postenius susceptum adeo coluerunt, ut suum prope fecerint, Muretos, Bembos, Manutios, Sado

letos, magnos illos quidem omnes uiros, nunquam
tamen nisi tanquam aliorum
effictas imagines, ueritatem linguę spectan-
tibus intuendos. Longe uero minus scriptores
significo, qui aut elapso sęculo aut nostro scripse-
re, quorum alij ueterum phrasim stomachati
nouam quamdam inuexerunt loquendi formam
quasique figuram, alij auream atque adeo Tullia-
nam locutionem se persequi diligentissime profes-
si in sequiorem et lutulentam delapsi sunt, utrique
inuidendi id iudicio quodam suo, uel miserandi
si aliter facere non potuerunt, in suo quidem certe erro-
re et ęuo derelinquendi. Neque uero ne-
scius sum et ex superiore memoria nonnullos Barba-
rum certe, et ex nostra alios alienigentium scho-
las occupasse; ueruntamen quam ignaue sese
gesserint doctores qui iuuentibus non restiterunt,
quam imprudenter, qui exceperunt, si ex nulla
re alia ęstimari possit, uel hoc uno satis est,
quod ij quoque, qui Cęsarianos scriptores, quos u-
nos Recentiores appellandos censeo, adolescentibus
permiserunt, non leviter peccarunt. Et sane

sæpe mihi ac diu cogitanti, unde hi tanto apud non nullos haberentur in pretio, malentique eorum amatores ratione aliqua excusare, quam stultitiæ coarguere, causæ obversabantur duæ, aut quod scriptio quædam varia sane et ornata, aut quod magna verborum locutionumque copia et quasi supellex inde potest comparari. Ac de eorum quidem stilo et dicendi genere, etsi ~~propositi quæstionis~~ non hujus temporis est, quam a superiorum scriptura h.e. vera eloquentiæ imagine remotum sit et abhorrens, disputare, tamen quia teste Cæsare eloquentiæ origo est verborum delectus, ut sine eo minime possit esse, dicam unum illud, quantopere istorum locutio fugienda est, tantopere etiam vitandam esse elocutionem, ut ne hac quidem de causa ab adolescentibus sint ullo modo pervolutandi. Ceterum ajo et ego nec dissimulo, et vocum granditi et phrasium varietate magna Latinitatem per Cæsarum tempora auctam et locupletatam; fateor multa in Latio viguisse vocabula nitida et valde bona ab hujus memoriæ scriptoribus novata; addo etiam aliquid amplius, non unas nec inelegantes loquendi formas nos perdituros fuisse, si horum scripta

perijssent: sed tamen, quod optime constitutis Re
bus publicis accidere ~~videmus~~ solet, ut earum opes et po:
tentiam dum nimio plus conantur cives osten:
dere qua construendis magnificis ędibus, qua pu:
blicis edendis ludis, qua longissimis comitum et clien
tium conciliandis agminibus, qua amplissime
excipiendis hospitibus, luxuria perdantur et vi:
tijs, idem omnino video, cum rem propius intueor,
a Tiberij ad Antonini ~~tempora~~ ętatem Latinę linguę eve:
venisse. Cum enim alij patrium sermonem re:
spuerent ut severiorem horridioremque, alij e:
que divitem ac gręcum facere vellent, alij eius
vim et potentiam ostentare, alij vero sui nominis
celebritatem sin minus dicendi, loquendi saltem
novitate excitare, et ob hasce huiusce similes cau:
sas nova quotidie nomina, novos sui animi sen
sa exprimendi modos producerent, usque eo paula
tim miseram Latinitatem immutarunt, ut ni:
hil aut certe parum de pristina forma et digni:
tate relictum sit. Quanquam multo ante sen:
serat per veterum Romanorum nonnullos legi
incommoda Latinus sermo; ac sive quod omnia
certos quosdam terminos habent ut ad summum

gradus

perdita magnitudine laborent sua, sive quod ita superis semper placitum, ut in quoquo genere non promiscue omnes sed certi homines excellant, ~~aut alia quapiam de causa~~, etiam cum floreret, attritatus a quibusdam fuerat; neque alia opinor de causa tum Cicero Catonis veterumque fere omnium scripta suis equalibus commendavit, tum de Analogia scripsit Varro, nisi ut novandorum verborum nunquam fallentem rationem alter traderet, alter novatorum nimium studium restingueret. Tradite ergo, per me licet, tradite adolescentibus totos dies ac noctes legenda posteriorum scripta; aut ego fallor, aut nunquam veram ac solidam Latinitatem exprimemus, sed umbra semper ut antehac et imaginibus, ~~[illegible]~~, utemur. Si enim jam tum, cum penes fere omnes hęc erat Latinę locutionis laus, idque non rationis alicujus aut scientię, sed quasi bonę consuetudinis, ita tamen cępit ~~[illegible]~~ a sua salubritate et mascula virtute degenerare, ut genus quoddam loquendi in multis inveniri natuę simplicitatis omnino expers: quodnam, dij immortales, detrimentum accepeiit necesse est usque ad Augustum? quodnam ab Augusto ad Tiberium, a Tiberio ad Cali

gulam, a Caligula ad Claudium, a Claudio ad Ne
ronem, a Nerone ad Galbam? quodnam denique et
quantum tanto et tot annorum interjecto spatio,
a Cicerone Consule ad Domitianum numerantur?
solent enim, solent omnia quemadmodum retro
cedere ubi cepere, ita et multo magis in deterius
labi et everti, si labare incipiunt; Linguę vero to
gatis, tunicatis, militibus, paganis, remigibus
subulcis, omnibus denique obvię et pene prostan:
tes, maxime omnium rerum; ut trivium sit, quan
ta quam brevi tempore earundem mutatio sępe:
numero consequatur. Quid? tot hospites et pere=
grini? tot populi et nationes tum cęlo tum vitę
institutis a Romanis longe sejunctę, quę tertio
quoque anno victores duces ad urbem comitaban=
tur? nihilne peregrinitatis et insolentiæ reliquis=
se arbitramini? Quid? tot milites? tot cohortes? tot
Prętoriani ex ultimis terrarum partibus ad prin:
cipum stipanda corpora accersiti? quid tot familię?
tot gentes immanitate barbarę? nullam ne una cum
domicilio barbariem penitus intulisse? ita profecto
est. Quem latini sermonis nitorem Latini viri, nedum e
Bracchatis quidam et Transalpinis, in urbem recepti
aedes [illegible] [illegible] infuscaverant, ut nullum veteris

[Margin note, beside "a Cicerone Consule … labi et everti":] Imperii deinde vel quot postliminio ad politiores [illegible] semel coepit labascere. [illegible] 3780

[Margin note, beside "cipum stipanda corpora … aedes":] an existimatis veterem illam legem, qua peregrinis olim latine loqui non licuit, revocatam [illegible], incipientibusque istiusmodi hominibus balbutire aliquid, et romana voce sua aliena exprimere S. Consultis, ut esset olim, interdictum fuisse? ita vero: quibus in commercijs ad cęsares [illegible] [illegible] Romani utebantur, ijsdem lat. linguę usum ademerunt.

Leporis vestigium appareret, cum nihil Persis ~~[illegible]~~, nihil Syris, nihil Illyricis, Sarmatis, Pannonijs, Thracibus, Afris, qui Romae substiterunt, obscurarunt: et nos illam ~~linguae~~ Locutionis subtilitatem et elegantiam, quam post Latinos civitate donatos desiderabat Tullius in suis, ab ijs ~~[illegible]~~, qui inter tot barbaros scriptitarunt, repetendam ~~[illegible]~~ erit. ~~[illegible]~~ O dij immortales, quemnam ostenditis studiorum nostrorum exitum! cujus Locutionis spem datis! Nec enim ij modo ad legendum imitandumque nobis proponuntur, qui in ipsa barbarie vixere, sed ij etiam, qui barbariem ipsi invexerunt, et e quibus ~~[illegible]~~ cuivis certo licet, quae istiusmodi temporum Locutio fuerit, quam impura, quam non Latina, judicare. Videlicet Romanus Populus simul capite simul animo diminutus cum disciplinas fere omnes, et liberales artes negligere coeperat, tum forenses literas ac senatorias aut propter judiciorum Senatusque eversionem colere omnino desierat, aut quas antea opera et diligentia non excolebat; quin et poetica studia, quae apud omnes semper floruere, ab eo negligi et deponi visa sunt: cum repente

7/[illegible]

Claudianus Alexandria, Apulejus Madaura A-
fricę urbe, Columella a Gadibus, Bilbili Martia-
lis, Corduba utrique Senecę et Lucanus, Calaguri
Quintilianus et uero innumeri alij toto orbe di-
uisi homines Romam profecti scholas occuparunt,
Romanasque ad discendum ~~di~~literas suscepere.
Homero dictionem si nihil Latinę parandę locutio-
ni seruire dicam, profecto mentiar; nullus enim
scriptor ne~~c~~ eorum quidem, qui pessime locuti
sunt, tam miser est, tam inops et nudus, unde,
si prudentia adsit, boni aliquid exprimere non
possis: sed tamen, quoties mecum ipse considero,
Theophrastum gręcum ~~hominem~~ atque adeo fa-
cundum, ut ab eloquentia nomen inuenerit, cum
Athenis ętatem ageret, ab Atheniensi mulier-
cula, quam nescio quid interrogauerat, pro hos-
pite habitum fuisse, et T. Liuium itali solo na-
tum, semperque Romę aureo illo ac uere beato sę-
culo pręstantissimis uiris familiarissime usum
Patauinitatis suspicione apud Pollionem offendis-
se, nec ullam aliam suę parum Latinę locutioni
excusationem ~~attulisse~~ ~~Macrobium~~, ~~[illegible]~~ ^qua^ quod Ro-
no cęlo natus non ~~sit~~ ^foret^, attulisse[x] Macrobium, ~~to~~
Macrobij barbaries ejicitur e Romano cęlo et lin-
guę

[x] uid. Pontanus in Dialog. Antonius pag. 1234. ubi

ries in eam facile opinionem descendo, ut nunquam eos putem vera loquendi suavitate tingi potuisse, et patriæ linguæ vim coloremque deponere. Nolo vos, Auditores, per singulos ducere, et abusus gravissimo officio, abutar tempore, patientia vestra nimis abutar, si eorum omnes peregrinitates colligere velim, et ad aurei sermonis exemplum æstimatas singillatim explicare: percurrite, si vacat, ipsi vos; et jam, quem Scaliger et Caussinus in Lucano tumorem suæ gentis proprium, quam Muretus in Martiale ἀκυρίαν, quem quidam docti viri atque multi barbarismum in Seneca tragœdo, quas commissiones arenamque sine calce in Philosopho auditor ejus Nero, quam denique Sadoletus in Quintiliano Hispanitatem, vos quoque deprehenderitis. Conjuravere sane quidam ut A. Gellius, Silius Italicus, in istiusmodi loquendi insolentiam, et pro virili conati sunt qua veterum scripta diligentissime imitando qua inquinatum sermonem acerrime exagitando, unde eruperat, deturbare: immo et ex Cæsaribus nonnulli, ut Tiberius et Hadrianus, magis fortasse literarum et linguæ, quam nominis ac rei romanæ solliciti cu-

sody, amissam Latini sermonis dignitatem reconciliare studuerunt, alter cum Monopolium dicturus veniam petijt, et cum in S.Consulto commutandam esse peregrinam vocem censuit, alter cum Grammaticos consuluit, an quędam recte dicerentur, et cum Phavorinum Philosophum, qui dictionem quamdam prorsus novam et probatis scriptoribus inauditam usurpasset, non leniter castigavit: sed nequidquam omnia hęc. Ex quo enim fatali illa status conversione, et communium temporum inclinatione ex unius in alterius omnia dominationem et potestatem continenter cedebant, et Populus Romanus durissimorum jamdudum dominorum oppressus imperio non modo libertatem, sed spem, sed memoriam sed umbram et imaginem libertatis amisit, ipse quoque Romanus sermo, non modo facientibus omnibus sue fortune similia, sed etiam loquentibus, primo visus est paulatim velut desidere, deinde magis ac magis labi, tum demum ire praeceps; donec ad ea tempora devenit, quibus nec initia sua nec remedia pati poterat. Mirabile nobis atque incredibile videri debet: eo rerum omnium inscitię portentum erat, ut et a Tullij cognitione

averterentur adolescentes, et Barbarus ille Mar:
tialis, cujus alij postea sapientiores, quotquot colli:
gere potuerunt, quotannis libros comburere, Virgi:
lij nomine ~~ex~~ salutaretur: ~~quam~~ immo (o tempora! o stu:
dia!) non longe abfuit, quin in suo utriusque gene:
re principum Maronis et Livij ~~scripta~~ e bibliothecis
omnibus scripta et imagines amoverentur. Sunt
hæc, Auditores, quæ hactenus commemoravi, Cæsa:
rianorum scriptorum infantiæ nec parva nec
levia argumenta; tamen illo certius esse et gra:
vius nullum potest, quod omnium fere hominum
acer ille et sagax in bonis rebus sensus jam fun:
ditus tum perierat, in eiusque locum successerat
per luxum atque libidinem perdendarum vir:
tutum omnium inane desiderium. Cum enim
ad principum exemplum, ut fit, sese omnes com:
ponerent, et ad ea, quæ factitassent illi, adderent
quisque de suo, nullus usquam nec majorum
institutis, nec antiquæ disciplinæ, nec legibus,
nec censoribus locus erat: ipsaque honestas
mater virtutum, atque adeo honestatis imi:
~~vix~~ prima aut obruta malis moribus latebat,
aut per summam injuriam obterebantur. Hinc
nihil sancti, nihil augusti, nihil religiosi;
hinc inaudita in dies flagitia, exercendæ libidines, inde

qua homine dedecora; hinc non modo infimi popelli domus, sed equitum quoque, senatorum, magistratu-umque ædes, neque hæ tantum, sed ipsorum etiam sermones et scripta hujuscemodi pestibus redundarunt. Hoc vero illud est præcipuè in hujusmodi scriptorum cognitione adolescentibus damnosum atque pestiferum. Ubi enim eorum libros offenderint, qui ætatis illius tanquam vivendi sic loquendi licentiam nequitiam plenissime referunt, ad eos tanquam ad Sirenum scopulos dulcedine quadam deliniti adhærescunt: principes integra Latinitatis scriptores, quia grave quiddam et sanctissimis moribus conveniens dicendi genus præ se ferunt, fugiunt atque contemnunt. Vera dico et experientia comperta. Fit enim fato nescio quo, ut ex omnibus auctoribus malos, et horum pessima quæque deligant: hæc dies noctesque perlegunt, hæc ut intelligant Lexica omnia et omnes consulunt interpretes, hæc excribunt, hæc memoriæ mandant, hæc æqualibus et condiscipulis indicant, hæc in circulis jactitant, recitant, deprædicant. Nunc quonam per Deos immortales, qualesque eos existimatis e fœdissima prodituros schola, in qua tamdiu ~~[illegible]~~ sunt tamque libenti animo commorati, ut absolutissime omnia didicerint? Mitto quantum de innocentia illa et integritate deperdiderint sine, ℔

ut vestros verò eloquentiâ, ita turpia, fœda, sordida: contra vero meliores, ut fuerunt egregiamente, ita honesta fugerunt

ibi initia aut sæpe laudantur, aut certe non tectis
uerbis et antiqua uerecundia, sed apertissimis et stoi
ca libertate ita tum linguę tum morum ferente
conditione suo quęque nomine reprehenduntur;
nec hoc iccirco mitto quod non gratissimum
sit, sed quia hominibus de suorum optima insti
tutione maxime sollicitis satis esse puto signifi modo indicasse tum e margine cum omissa
casse. Disputo de Locutione, quam cum et experi:
entia reique animaduersio et sapientissimorum
uirorum sententia et exemplorum auctoritas
moribus institutis et temporibus cujusque simili
mam in omnibus esse arguat, non uideo quomodo
corruptis corruptorum temporum legendis scripto:
ribus ~~[illegible]~~ adolescentes homines possint integram
et incorruptam efficere. Alios medius fidius hi in:
genijs et hi gradulis longe alios loquendi magistros
deligi oportet; nullum hic Iuuenalis, nullum Sene:
cę, nullum Martialis, nullum locum Florus habet;
sed habet Horatius, Tullius, Virgilius, Catullus, Liuius,
Cęsar habet: ~~ubi~~ horum sermone assuefacti fuerint,
cum horum locutionem imbiberint, et suam fece:
rint, cum eam literarum peritiam assecuti fue
rint, ut quid in alijs quid in recentioribus sequen

dum fugiendumque sit internoscere ualeant, quos
cumque collibuerit, sumant per me licet in manus,
legant, perlegant, terant, non mediocre ex omnibus
ad omne orationis genus emolumentum perce-
pturi; at dum eorum os formandum figurandumq;
est, dum prudentia carent, dum sunt id ętatis, ut
quę didicerint, quibusque recentes imbuti fuerint,
ea in omnes consequentes annos seruaturi sint,
dum hoc statu estis (uos enim alloquor, Adolescen-
tes quorum causa hęc dicta sunt) nolite quęso
extra optimos euagari. Audistis superiore anno, quan-
to opere a ueterum scriptis abstinendi uobis sint
oculi et manus; ueruntamen ueteres malim quam
nobis proximos uersetis; illorum enim ut horrida ora-
tio sit, latina tamen est, horum ne latina quidem
interdum; sed tamen si me audiitis, nullos legatis
nisi quos ij qui ante me docuerunt, quorum alter
ut loquar cum Apostolo hic in ęnigmate, alter
facie ad faciem Deum uidet, uobis assignarunt.
Ita postquam in eorum cognitione uersati fueritis,
qui medij uitiosorum sunt, et utrinque redacti,
orationem haud dubie uestram ex altera quidem
parte nitidam sed non fucatam, nouam sed mini

me peregrinam, mollem, at non solutam, ore altera vero gravem at non tristem, severam at non horridam, pressam verbis at non obscuram tori spondeo, polliceor, atque recipio.

Infrascriptus dio sensu a Dioecesanis decernitoribus atque a censoribus [illegible] est.

8ª Dissertazione latina.

Quod jamdudum aggressus sum, ut veræ germanæ:
que Latinitatis studium et cognitionem nostris ad:
olescentibus insererem, id, etsi maxime Lg tor
me jam si non in omnibus, certe in quamplu:
mis prope perfecisse, tamen non mediocriter ve:
reor, ne quid illis aliquando officiat et mali aliquid
conficiat. Cum enim plerosque Latinos scriptores
ipsis interdixerim gratisque duntaxat aurea ad
legendum imitandumque proposuerim; nefas haud
dubie putabunt extra præscriptos terminos egre:
di nominaque et voces Tullio ~~gratisque~~ illisque æqua:
libus non exaulitas usurpare. Sed considerent
ipsi secum, quid ego spectarim in amoliendis ju:
niorum et veterum libris; nec dubitabunt utro:
rumque scripta pervolvere et quæ commode ca:
dunt in res suas etiam transferre, cum, quid
sibi adhuc præcipiendum a me foret, cogitarint.
Egi enim adhuc tanquam cum infantibus et si:
gnificabilem ore vocem emittere incipientibus;
egi tanquam cum pueris et Latine aliquid bal:
butire tentantibus; egi plane quomodo agendum

censet in re tali præceptor maximus Quintilia-
nus, ut quam optimis et dicendi laude præstantissi-
mis traditi magistris stilum formarent et veris-
sima elegantissimaque Latinitate imbuerentur. Nũ
itaque cum in optimis tum oratoribus tum poetis
legendis tempus bene multum consumpserint, et ho-
rum sermone assuefacti tantam intelligentiam as-
sequi potuerint, si sibi non defuerant, ut ipsi va-
leant in aliis quod cupiant quodque vitent dignosce-
re, largius ago; et, quemadmodum parentes sinunt
adultos jam filios liberius vivere, quia putant eos
assiduis præceptis a custodibus et pædagogis insti-
tutos habere jam ipsos posse suæ vitæ modum,
ita ego præter hodiernos aureos scriptores ab ad-
olescentibus nostris non equidem removeo, sed, si
illis libuerit et veteres et juniores inposterum
subinde intueri, me id libentissime passurum
publice polliceor. Nec enim is ego sum, qui ni-
hil arbitrer eleganter dictum, nisi quod Tullia-
nam elegantiam præseferat: probo enim superio-
ra licet horridula et incompta, tum etiam pos-

stentiora, ut plus nimio libera et lęta, dummodo
sint opportune adhibita; immo, ut ingenue dicam
quod sentio, ne ex infima atque adeo ex instaurata
quidem Latinitate sumpta verba rejicio, si eorum
structura et compositio ad optimę ętatis consue-
tudinem figurata sit et expressa.

Atque hęc quidem, quę in veteribus recentioribus-
que inveniuntur, utut sint aut lęta aut tristia,
tamen, quia ab hominibus dicta sunt, quibus La-
tina lingua nativa fuit, et cum ipsis quoque feminis
communis, facile video ab omnibus si minus pro-
bari, ęquis saltem auribus tolerari. Illa nonnul-
li spernunt et repudiant, quę post instauratam
Latinam linguam invecta sunt et totam prope
literariam rempublicam occupaverunt. Videre omni
hęc nihil tandem aliud esse, quam miseram Latini-
tatem tantopere quondam hisce monstris fędatam
contaminatamque vel ad pristinam sanitatem pro-
pe revocatam rursus inficere, ipsamque vitijs, quibus
tamdiu contabuit, per summam imprudentiam co-
rrumpere. Dominatur enim jam in omnibus et scri-
ptis et Academijs si non pura illa et candida Lo-

ætis, quæ floruit Augusto imperante, certe a bar-
barie illa liberata, quæ superioribus temporibus per
totum terrarum orbem grassata est; nullusque
fere jam philosophus est, nullus theologus, nullus
denique eorum, qui reconditas artes ac disciplinas
profitentur, qui ad genuinæ latinitatis normam
suam dictionem non castiget, et ab illis Latinæ lin-
guæ pestibus in scribendo loquendoque diligentis-
sime sibi non caveat. Quanto enim quisque magis
ad aureos scriptores accedit, tanto et ipse probatur
magis, et ea, quæ dicit, leguntur libentius; nihilque
nunc faciliores ad laudem et gloriam aditus doctis
hominibus facit, quam Latinæ linguæ fama et o-
pinio. Hæc et his similia tacite mihi viden-
tur objicere, qui ad optimorum scriptorum au-
res teretes et religiosas Latinam locutionem fi-
gurantes omnia putant incondite dicta, quæ Ital-
ianis aliisque ejusmodi vocabulis exposita non
sint. Ego sane, siquis nunc est tam litterarum
romanarum peritus atque facundus, qui sui ani-
mi sensa ita possit Latine explicare, ut nihil us-
quam durum sit, nihil dissonum, nihil asperum,

tantam ei facultatem ingenue gratulor, atque hac lingua, quae majorem, haud dubie quam alia quaevis ei nominis celebritatem conciliatura est, semper utatur, etiam atque etiam hortor. Verum quotusquisque nostrorum scriptorum est, qui nativum sermonem alium longe atque alium a romano ita possit in latino scribendo oblivisci, ut ejus dictio nihil redoleat peregrinum, neque ulla impropria, ulla barbara, ulla soloeca sibi objici audiat? Nos italos ipsos, qui idem hausimus caelum ac romani, qui sermone utimur maxima ex parte a romano converso, qui a pueritia nihil agimus aliud legendis imitandisque optimis scriptoribus nisi ut integra et incorrupta loquendi suavitate tingamur, nos, inquam, ipsos, nedum Anglos, Hispanos, Gallos, Germanos tanto a nobis lingua et moribus sejunctos, videret Cicero et ~~ejus aequales~~, si loquentes audiret, tantam sermonis peregrinitatem, tantam verborum insolentiam tamque a suis auribus abhorrentem deprehenderet. Suus enim unicuique linguae genius est, suus color, sua vis, quam ubi a nutricibus et paedagogis acceperis semper retines, numquamque ita

eorum, alia lingua dum loqueris, ut nihil appareat ex
illa: omnino quemadmodum ita sua sunt cujusque na
tionis Lineamenta oris, ut, licet alio commigraveris
et diutissimeque alibi vixeris, nunquam tamen conse
quaris, ut, hispanus si sis, non hispanus, si Germa
nus, non germanus, si Græcus, græcus esse ex ipso
oris habitu non videaris. Nam igitur domestica
rum linguarum naturam et vim, quæ non potest
in Latinas scriptiones non irrepere, quæque, ut Asinio
Pollioni Livii patavinitas, risum et stomachum mo
vere deberet, perferent tamen certorum hominum
aures delicatissimæ fastidiosissimæque; et nullam
deinde veniam ei daturæ sunt, qui vocabula quæ
dam nova et ficta nuper usurpet? An ignorant
hanc vernaculi sermonis peregrinitatem in venas
illum sanumque Latinæ linguæ succum et san
guinem illabi totumque penitus pervadere; hæc
autem nomina extimas duntaxat partes oc=
cupare? illa totam Latinitatis formam ac venu=
statem mirum in modum affici et corrumpi;
his tantum quatenus quidque attingitur levis=
sime commoveri? Quanquam cum inter cætera

quę emendatam locutionem faciunt, etiam uer-
borum proprietas numeretur ab Aristotele, non uideo, quomodo possint[x] Latinam orationem contaminare ~~corrumpere~~ ~~adulterare hęc noua~~. Propria enim hęc sunt et certa quasi uocabula rerum pene una nata cum ipsis rebus, quas demonstrant; quodque inde consequitur, ut nemo unquam, nisi bardus fuerit et plumbeus, nequaquam judicauit et corruptam Liuij, Cęsaris, Ciceronis ipsius scriptionem, quod res peregrinas peregrinis nominibus sed tamen suis ostenderunt, ita neque is male Latine loqui dicendus est, qui res ab inventu Latinitatis inuentas nouis monstrat indicijs, propterea quia noua hęc rerum ipsarum propria sunt et sua. Nolim enim quisquam putet, aut omnia ueteres didicisse, ut etiam sua cuique rei nomina imposuerint, aut quotquot apud ipsos in honore fuere uocabula semper extitisse, aut denique tam diuitem venisse Latinam linguam, tamque uocibus et phrasibus affluentem, ut qui deinceps magno in mundo tot ac tanta reperere, nulla ~~iis~~ noua nomina facere, quibus pręclara inuenta publi- ~~enam~~:

[x] noua hęc uerba

carent, necesse fuerit: immo aliter [credendum esto] longe aliter
credendum est, et innumera Latinae antiquos, et
voces plerasque una cum hominibus et scriptis in-
teriisse, et, si Latina lingua tota, quanta quanta
olim fuit, nunc extaret, futurum tamen [nunquam] fuisse,
~~semper~~, ut ea [postomnibus] ~~rebus~~ deinceps inventis inveniendisque rebus
sua verba sufficere ~~non posset~~. [Parum enim temporis] ~~Nihil enim nisi ex~~
~~te parum~~ floruere artes ac disciplinae apud Latinos; et
seu omnes [nec] in Latium invectae sunt, et quae invectae
nec ab omnibus sunt arreptae, nec a paucis illis, qui
eas coluerunt, tanto quanto a graecis et nostris stu-
dio celebratae: philosophia ipsa, quae ceteroquin
rerum omnium humanarum divinarumque
scientia cum haberetur, augere mirum in modum
Latinitatem potuisset, si ea, qua par est, diligentia
exculta fuisset, neque diu floruit neque multum: ut
Latinae linguae vim et potentiam ostentare romanis
si [libuisset] ~~adlagerent~~ nunquam tamen [licuisset] ~~potuissent~~. Com-
mendat, non inficior, M. Tullius, commendat mirifice
Latini sermonis facundiam et significantiam, eamque
praedicat graeco longe superiorem; sed cum ho-

mo Latinus est et Latina omnia grecis anteferens, × uide ad calcem
rum ejus linguæ inopiam redarguunt clarissime tot tro-
pi frequentati quidem aliquando delectationis et orna-
tus, instituti tamen primo ac reperti inopiæ causa; gratia
redarguunt vocabula rerum non paucissima, quæ
neque singulis verbis ut a Græcis, neque si maxime
pluribus eas res ~~verbis~~ Latini dicere voluissent, tam
dilucide tamquam apte, quam Græci propriis vocibus di-
xerunt, Latina oratione demonstrare potuissent; re-
darguunt tot voces non modo non romanæ, sed ne
Latinæ quidem. Latinæ autem? immo vero peregri-
næ ac prope barbaræ, eæque ipsæ, idquod gravissi-
mum videri debet, ab iis ipsis scriptoribus incul-
catæ, qui elegantissimi habiti sunt et loquendi
laude præstantissimi. Verum autem, Auditores,
si scire vultis, et quanta fuerit ~~Latinæ linguæ~~ istis
ipsis temporibus in quæ incidit Ciceronis ætas Lati-
næ linguæ paupertas atque adeo egestas plane cogno-
scere; animadvertite quæso quid Seneca aliquan-
to post, h.e. cum Latina lingua ad summa jam
pervenerat. Etsi enim est triplici illo Latinæ lin-
guæ statu, adolescentia, virili ætate senectute mini-

~~fice illa~~ in immensum evenerat, latinus sermo, et tot undique in eius felicitatem conspirantibus temporibus tantam erat, quanta ne cogitari quidem posset nedum commemorari, ver-borum copiam adeptus, is tamen philosophus ~~innumera~~. Lego apud Platonem, quae Latina nomina desideraret nec haberet, et cum quaedam e philosophia dep-romta Latina oratione efferre vellet ad novas nec romanas ~~nec romanas~~ nec latinas debuit confugere. Quod si Latini, quam linguam ditissimam non di-dicerant, acceperant, legerant poterunt ex ipso coelo, et ex ipso solo una cum lacte a nutricibus accepe-rant, hauserant, expresserant, neque eam ino-pem esse intellexerunt, ut nunc a translationi-bus, nunc a graecis, nunc a barbaris et peregrinis ad sua sensa luculenter explicanda opem petere ~~eos oportuerit~~ necesse arbitrarentur, nunc etiam, inversis probarentur ne a popularibus vocis nova fingere; quid tantum nos, quibus hae literae externae prope sunt et alienae, sophistarum more ab his nobis pollicemur, ut omnia Latine dicere videri velimus, qui si tota vita hoc rerum voluerimus, nunquam eo evaserimus, neque usu venire quotidie solent et in medio sunt posita,

quanquam pleraque a veteribus dicta sunt, com-
mode tamen et apte significemus. Video enim quot
et quanti sudores fundendi sint, quoties cum Lexi-
cis, cum scriptoribus, cum grammaticis, cum in-
terpretibus, quoties nobiscum ipsis sudandum,
ut unius et alterius voculę elegantiam et virtutem
addiscamus: illud vel tum etiam atque etiam cogites
quam multa in quoque genere mortalium industria
excogitaverit post interitum Latinę linguę, et cum
ea ita immutata est, ut in aliam degeneravit. sive
Siculam sive Etruscam sive hanc nostram, eam
quidem certe, quę nullam cum parente neque cogna-
tionem neque similitudinem habere videatur. Alius
enim scholarum ordo interea increbuit, alia tra-
dendarum artium ratio, alię atque alię res detectę
a junioribus sunt antiquis romanis prorsus ignotę,
nec tantum illa ipsa scientiarum genera, quę vi-
guere apud illos, innumeris rebus auctę et ornatę,
sed alię etiam artes, alię disciplinę pro re, pro tem-
poribus, pro religione et inventę et perfectę. Ha-
rum omnium prima quęque et recentia, omnia indicta

ore romano si quis est qui speret ita Latine res tradere posse ut facile intelligantur, vereor equidem non mediocriter, ne aut irriti sint ejus conatus omnes, aut illud idem ei accidat, quod A. Gellio titulum libelli qui περὶ πολυπραγμοσύνης inscriptus est a Plutarcho Latine reddere volenti; qui cum diu hæsisset ipsum libri nomen Latinum dicturus et alijs atque alijs allatis in medium non satis commode se interpretaturum tamen opinaretur manum tandem de tabula sustulit infecta re suamque infacundiam confessus est. Cum enim illæ res nulla habeant in Latinitate nomina, necesse erit aut periphrases inculcare aut verba Latina a suis significationibus in alias transferre, aut ambigua adhibere, et alia talia facere; quæ cum plus obscuritatis quam luminis rebus afferre soleant, iis uti docente Aristotele conveniunt, qui cum nihil habeant quod dicant aliquid tamen dicere videri volunt. Sed hæc ferri fortasse possunt: illa nullo modo ferenda sunt. Quoties enim verborum cura abrepti res negligere cogentur? quoties de locutione nimium solliciti aut minorem quam opus est iam rebus adderent aut ea qua par est digni

tare non exponere? quotiesque post diuturnum improbumque laborem, ut novæ res minus barbaræ sed quam elegantissime latine expromantur, cum id videant nullo modo se posse consequi, ut sibi constent institutamque latine scribendi continentiam servent, gravissimas res maximeque necessarias omittere. Neque vero quispiam putet ad timorem nunc ista confingi. Ego equidem neminem nominabo; sed vos ipsi, Auditores, qui in gravioribus artibus versati diu, multumque estis, et omnes ferme alicujus nominis scriptores perlegistis, animadvertere potuistis, quod nonnulli non recte colligant et infirmi sæpe sint, quod rursus alii multa prætereant eaque necessaria, dum præter modum latinitati student, et nimio plus verbis inserviunt. Itane vero? quod summo Dei O. M. beneficio nobis tributum est, ut gravissima religionis nostræ mysteria quam splendidissime pertractaremus; id tu male per summam injuriam pervertere, et in hominum perniciem convertere? Itane, præclara inventa cum debeas in commune bonum conferre et quæ a majoribus inchoata ac rudia accepta sunt, explicando et illustrando mirifice pro-

pagare, te malle aut silentio praeterire, quod lati-
nis vocabulis tradere nequeas, aut ad summum ijs ver-
bis efferre, quę a nemine intelligantur aut certe
summa cum difficultate intelligantur? Sint lati-
nę dictiones et si placet e Tullij penu depromptę,
sed quando licet, et ubi auditoribus nihil afferunt
impedimenti, quin res, de quibus agitur, assequan-
tur; sed si omnia illa incommoda tam gravia ac
perniciosa important, si in causa sunt, cur, quę
perfectissime uno verbo et planissime adhuc dicta
sunt, ne pluribus quidem possint non obscurissime
dici, sumamus animos, ne tot tamque pręstantes
literatorum hominum conatus et labores nostra
culpa intercidant, sumamus licentiam etiam
fingendi nova, si res ferat et opus sit, nedum ea
quę ficta jam sunt, usurpandi. Habemus enim
hujusce rei auctores et principes prudentissimos
sapientissimosque viros, et si quis nos accusa-
bit, scriptores accusabit ferme omnes tum gręcos
tum latinos; immo Ciceronem, illum ipsum Cice-
ronem, cujus locutionem tantopere suadent istius-
modi homines sequendam in omnibus esse; qui tu-

autore Varrone Latinę linguę diligentissimo; quoties in philosophicis Latina deficerent, et greca miscuit et noua ipse excogitauit. Hinc illa nunquam prius audita in Latio, proegmena, apoproegmena, mediamentum panchrestum, peripetasma, hemicyclus, sympathia, symphonia, ephemeris, thesis, toreuma et alia sexcenta pura et puta greca; hinc illa ad grecorum exemplum nouata, inverecundia, qualitas, producta seu proposita, notio quę ~~φαντασία~~ ἔννοια grece est, visio quę φαντασία, et alia innumera, quę apud auctores hujus scriptoris peritissimos colligere et recensere hominis esset pusilli ingenij et e levissimis rebus gloriolam aucupantis. Licuit, mihi credite, licuit semper, semperque licebit, rerum nouarum noua nomina producere; immo eo usque licuit, ut non solum ijs permitteretur, qui scientias a vulgi sensu remotas perscribunt, verum illis etiam, qui delectare lectorem cum vellent munditiem semper et elegantiam summopere consectati sunt. Nolo nos per omnes id genus Latinos scriptores nunc ducere; nolo quę Cęcilius, Plautus, Ennius, Cato alijque noua

runt, in medium proferre. Nam nos et a Virgilio fervescere atque ignescere, et ab Horatio cinctutus, centimanus, et tauriformis; et a Cicerone et sullaturit et bambalio et mastrucatus, et alia ab aliis genita hujusmodi multa facere atque facta. Quid ergo scriptoribus hisce dabunt religiosi isti aurei Latinitatis amatores ademptum nostris? Cur nostri nonnulla vetantur novare, cum tot a superioribus novata sint? cur jam inventorum adhibere? Non enim amplius pompae servit et delectationi Latina lingua; nulla jam ferme carmina Latine dicuntur, nullae orationes ad movendos animos et ad aurium voluptatem: Latine homines scribunt, ut doceant, non ut aut poetas agant aut oratores, ut praeclara studia evolvant, non ut verborum globulis et lectissimis vocibus aures pellant, ut denique, quoniam lingua haec apud omnes nationes in usu est, omnesque artes et disciplinae Latine docentur, quamplurimis hominibus utilitati sint. quid mihi igitur de verbis magis quam de rebus laborandum hic esse censetis?

quid ad colligendas e Tullio omnes veterum venustates, ad ornanda vocabula, ad sollicite examinandum; quę voces romanę sint, quę civitate donatę, quę latinę, quę in Latium illatę; quę peregrinę, quę barbarę, et ad alia hujusmodi grammaticorum ministeria propria res maximas docentem compellitis? Ne vos intelligendo faciatis, ut nihil intelligatis, qui, quam eloquentiam Cicero ab his hominibus non admodum postulavit, summam flagitatis. In epidictico genere quod ostentationi compositum solam petit audientium voluptatem, in carminibus pangendis, in hisce talibus rebus, quales nos scribimus, etsi perraro hoc fit, tamen, quia poetice fit, Latine fieri plerumque solet, ut lubet, quanto lubet, sive Latina vocabula undeunde extrices, et totum Ciceronis myrothecium atque omnes equalium scriptorum avellas immo sermonis veteris venustates et pigmenta consumas. At in gravissimis tradendis artibus, ubi nihil aliud spectatur nisi auditorum institutio, nullaque elegantia requiritur pre-

terque quamque res de quibus disputatur decet, voca-
bula desiderare Latina aut saltem in Latio olim
florentia, levis indolis est, immo puerilis. Ego ve-
ro cum haec attente considero, ne in hoc quidem ge-
nere vacui, si maxime possim, solemnes discipli-
narum dicendi formulas negligere vereri, ne viderer ab omni-
bus, tum quia ipse Romanae facundiae parens, quem
pro virili parte mea imitari conor, idem facere
non recusavit. Legite enim, si vacat, primam
quam habuit pro Quinctio orationem. quam mul-
ta reperietis e Jurisprudentia petita! quam multa
e jure pontificio pro domo sua! quam multa ex
Haruspicum libris in oratione de Haruspicum res-
ponsis! quam alibi ex aliis multa! ut mirari satis
non queam nostrorum hominum curiositatem,
qui quod probare in Cicerone debent, ne debeant
ludibrium, id reprehendere in nostris audent et
exagitare. Est videlicet ut rei cuique suum lo-
quendi genus accommodandum; neque in dicendo
gravissime peccant, qui grandia summisse, tristia
laete, gravia ridicule; severa dulciter dicunt, ita

nullo modo quisquam debet, cum graviq locos e novis disciplinis tractandos suscipit, propriaq disciplinarum harum dictiones respuere, ea ex ultimis Latiiq linguæ temporibus repetitas imitari. Nam quisnam ferret, aut potius auferri non juberet, qui depositis notæ præsente signatis nummis alios vetustate detritos spargeret in vulgus, eosque pro veris et legitimis obtruderet? quis hominem vero, quibus ceteri utuntur omnes, repudiantem et e semessis ac dimidijs veterum græcorum romanorumque tabulis novos efformantem non illuderet, aut tanquam sui mentis minime compotem ad medicum sibi ducendum non existimaret? Idem prorsus nobis expectandum est si omnia maluerimus, quæ nunc tractantur in scholis, sermonibus, quibus usi sunt olim homines, quam quibus loquuntur, enuntiare. Laudabimur sane a Lobsidalij nescio quibus, commendabimurque pleno ut dicitur ore; sed cordati viri, qui vere de rebus judicare solent, eo quod teneris dumtaxat videri volumus, tenera nobis ac puerilia esse ingenia neque veræ ac solidæ eruditionis capacia existimabunt.

mabant. Neque vero id injuria. Etsi enim verba hec Latina prorsus non sunt, quin pleraque barbara et a barbaris adhiberi primum cepta, tamen cum omnes summi eruditissimique viri suo exemplo illa deinde persuaserint, id quod auctore Quintiliano ad sermonis constituendam consuetudinem requiritur, his eque nos uti decet, ac dominantibus quondam inter viros doctos usi Greci et Romani sunt, reputantes cum Seneca magno illo rerum estimatore, non in foro nos aut in Romano comitio, sed in communi sapientum theatro veritatisque oculis versari. Nam rogare latinum proprius loquendi genus, abrogare hunc scribendi morem, qui inveteravit, et lege sancire, ne quis in posterum Theologus, neque philosophus, ne quis jurisconsultus voces afferat ullas nisi e latinis scriptoribus petitas: jam omnes scientie, jam omnes artes, jam omnes disciplinę tam auctę et tot rebus novis amplificatę, si non interirent, plurimum certe detrimenti paterentur. Quis enim eorum, qui institutus ita sit, et horum stu-

exquisitissimis dictionibus consectetur; tum semper non tegat, non adhibeat, non amet? quis autem illos increpaverit, qui haud ad haec usque tempora inquinatis quidem et inconditis verbis, sed planissime tamen et perfectissime facultates enunciaverunt? Itaque si repudientur ii qui studia perfecerunt, et si contra legantur, qui ea subtilitate propter difficultates quas supra commemoravimus declarare non possunt, dici vix hercle verbis tantum potest, quantam reipsa jacturam quamque brevi tempore tota res literaria factura sit. Volo igitur Latina sint omnia vocabula, sed cum res pati possunt, cum neque tenebras obducunt, neque majestatem dignitatemque rebus quidquam minuunt; at si quid horum timemus aut etiam suspicamur, amandetur potius hinc vitium, et quosque scriptores tantum mali possunt efficere; immo amandetur tota Latina lingua. Hunc enim video semper fuisse prudentissimorum hominum sensum, hunc esse vestrum omnium, novi, Auditores, hunc et tuum quoque, qui nobis es instar omnium, si

nios, Amplissime Praesul [illegible], qui eam [illegible] posuisti et quas ~~[illegible]~~ [illegible] ad Ecclesiam [illegible] ad populum tibi commendatum [illegible] elegantissimis [illegible] orationes habes [illegible] ~~[illegible]~~ distinguere et exornare; nihil tamen non stilo Ecclesiastico, nihil non simpliciter, nihil non sacro et proprio dicendum tibi semper judicasti.

Cic. quaest. Tuscul. c. 15

Disci.

Hoc dico ipse ille, quod cognoscit cum lingua, quod nostra, recto nomine appellari.

nothing [illegible]

Palladii Io: Franci
Carmina.
1559.

Mss. N. 624
LIBRERIA
FRATELLI JOPPI

[illegible]

Exlibris Vincentii Josephi Klein

nothing answered impossible [illegible]

nothing answered my: superable Lagui

Ex Autographo

Liber Carminum mei Io.s Fran.c [illegible]
Veronensis

MDLIX Cal Octobr

Doctore existente D. Bernardino Ducano Fortusocarry
publice profitenti, atq corrigente hec

Ad Nymphas

I

Parnassi excelsa Nymphe, que in rupe sedetis
Atq Aganipidas ore bibitis aquas
Illic et curva cythara resonante choreas
Ducitis, et suave pulcher Apollo canit
Pontanum si hui quondam, Nasonemq vocastis,
Tibullumq virum Lucretiumq, bonum.
Felices antro resident, letantur opaco
Traditur atq illis nectar et ambrosia.
Sunt alij ...numeri florentibus usq corollis
Ornati tempus dum perit omne meum
Ah precor, ut summa possim fastigia montis
Tangere sit quamvis aspera tota via
Spectant etenim me vestra hec carmina, Musc
Rauci alys placeant jurgia vana fori:
Ast mihi nunc lubeat molli requiescere in antro
Carminibusq meis bella canere Dei.

Ad Venerem de Cornelia B.

II

Candida me cepit, cepit formosa puella,
Mire compta comas, arteq compta caput.

nonstinij anseiu miſi superna' hole loqui

Rara genus et rara oculis formaq; suprema
Prestans que possit tela amovere Iovis
Eia age nunc Venus celi dignissima proles,
Larga funde manu numina grata mihi.
Inde ego dona tuis referam ditissima templis
Ut faveas nobis, ut faveasq; diu

De eadem Cornelia B.

III

Saxa fero summi nempe impendentia pontis
Qui rapidas lymphas, femineasq; tegit
Dum sedeo ante fores, et specto lumina, mamas
Lacteolas, pectus candidulumq; miser.
Aura levis vel cum sparsit per colla, per armos,
Cinthius aut aluit ipse calore comas
Tunc ardens fereo, lymphas, et Leminis alti
Imploro ut possim tanta subire dona.
Aspirant placidum et promittunt numina cursum
Dum vada nos premimus Leminis alta pede

Ad Musam de Julio, et Fabio Madrisio

IV

Que quondam Altanos solita es habitare penates.
Madrisij visas tu quoq; Musa Deas.
Ad studia ad musas fratres florentibus annis
Istud ne pereat tempus inane voca.

Ad Dominicum Venerium

V

Gallione celeres propera nunc gressus ad Urbem
Excelsam Venetum plena rubore pete.

Hic inter, tantosq; Duces, Heroesq; supremos,
Sisq; memor Veneri scandere tecta domus.

Affare, et sacro Pegaseio fonte lavatum
Dominicum vatem, Dominicumq; bonum

Salve decus Patrię, salve ingens gloria gentis
O Venetę, cui dat pulcher Apollo chelim

Tantę animi in te dotes, tantisq; refulges
Floribus et Charitum te petat ipse chorus.

Fama peregrinas tua iam volat ecce per Urbes,
Munera quod doctis vatibus ampla dicas.

Ast ego persolvens parvo hoc tibi carmine grates
In me tot meritis officijsq; tuis.

Corporis, ingenijq; lubens tibi dedico vires,
Interea hęc capiens, culte Poeta, Vale.

Misi ad D. Dnicum Venerium Patritium Venetum

Ad Eundem.

VI

Iampridem incultam patriam doctosq; penates
Musa cupit oculos ipsa videre meos.

Ast ego stridentis rapidas nunc ęquoris undas,
Atq; sonum Pelagi iam vereorq; salem

Et timeo Protheum Nereum, Nymphasq; marinas
Per mare dum vastum nigra carina volat.

Femineam quamquam soliti volitare per undam
Non tamen hęc tanto est assimilanda sali.

Musa tulit rauco nobis modulamine versus
Quę scripsit, multum grata fuisse tibi

At potius, mea ni fallit sententia, vatem
Hęc tibi nunc dictat falsa perennis amor

Delius

nonnulli anseri [illegible] super sa[illegible] loqui

Delius Aonidum sacer largitor aquarum
Si praebet vires, et favet ille mihi
Musarum tunc nos meliores corpore fetus,
Et dabimus dulces ore sonante modos

In Cicutam furem sacrilegum.
VII

Haud equidem matrem sententia dira fefellit,
Cum cicuta, inquit, blande vocere puer.
Namq. nocentior atris, pestiferisq cicutis
Tu penas furti nunc dabis ipse graves.

De Helene S.

Elegia
VIII

Intumuit Helene formosa graecia mendax,
Dum superas tendit fama suprema sedes.
Namq. [illegible] mira Charites ac arte sorores
Formarantq caput, addiderantq manus
Omnibus in terris niveo decorata nitore
Ut forma insigni conspicienda foret
Certatim formam saevis depingere templis
Pictores soliti merce movente Ducum
Florida nunc, queso, argivam convertite puppim,
O Pubes, Helenes si tenet altus amor.
Pictoresq. solent huc, has doctiq. poete
Describant vires corporis, atq animi.
Et primum Adriacas perquirite litoris undas
Hoc vestre sit nunc principiumq viae.

[illegible] [illegible] incurvis Lemen ad grata carinis
  Menia qui portus circuit alta sui.
Hęc est urbs felix, Helene colit altera grata
  Quę nomen portus quę tenet illa Iruis
Urbs in acutis non ut consita Grecia saxis,
  In scopulisq. sita, nullius artis opus
At civitas nostra est felicibus unica campis,
  Et posita in tuto non timet illa metum.
Arguere haud vellem Achaię nunc menia vestrę
  Namq. Helene felix una beata fuit.
Hoc tantum dicam felicia litora portus;
  Namq. situ felix, felix atq. [illegible]
Palladij, queso vestri iam credite verbis,
  Vos monui de urbe, iam moneamq. domo
In tribu manet hęc quę nobis ampla Ioannis
  Dicitur illa dei, dicitur illa pij.
Hęc divi residet tendens magis illa Ioannis
  Portis, quam Lemen circuit amnis [illegible].
Progenuit ast hanc non plumis abditus albis
  Iuppiter, ut Helenem Tyndaridasq. suos.
Ortum Bernardus ducens in stemmate claro
  Hanc genuit, mater nomine Clara suo
Diceris esse in quam tu iam prudentia passim
  Egregio in primis corpore sata Helenes.
Hanc prolem aspectu in ipso de semine divum
  Esse putes prolem, quam Venus alma colit.
Vincula iam fugiens Helene Plutonia rupit
  Regnat et in superis haud superata solo.

[illegible] insegnabile Loqui

Si nulli Stygiam licet tranare paludem
Ut Lesbihina caput abstulit atra suum
Squandus ast Acheron specie commotus ab ipsa,
Basiolumq. petit, Basiolumq. dedit.
Ille autem felix nititur compellere navim
Dum portus contigit amica carina sinus.
Anxia jamdium terras dignata petivit
Et cita tunc corpus induit alta grave.
Exultent cives, exultent mœnia nostra
Quod tandem Portum tegerit alma Gruis.
Ducite jam læti pueri, teneræq puellæ
Hac dulces cantus, gaudia digna Jove.

Ad F. Band. de amore servæ Corneliæ B.

IX

Dum miser ardentes dominæ demiror ocellos
Heu cepit famulæ forma suprema suæ.
Serva magis quamvis duros perferre labores,
Et dominæ solita rebus adesse suæ.
Si tamen aspicias oculos nigrosq; capillos
Ancilla est domina dignior ipsa sua.
Ancillæ forsan sortem quis spernet iniquam
Servili forma regna domavit amor.
Candida Briseydis facies permovit Achillem,
Et suasit forti ponere tela manu.
Servæ igitur forma, dominæve, potentis amore
Urar. Quid faciam. Da mihi consilium
Nisi ad Franciscum B.

Ad Nicolaum Ant. Medicem.

X

Heu quod ceruleas properas ad Lemnius undas.
Nunc times [illegible] [illegible] cedat unda Deas

Leminis

Leminis aut numen ipso sibi iungat amore
Nunc Nymphas roseas multa carentes ope
Siste gradum veniam unâ cum Leminis unda
Ne tot percupiat, et premat unda Deas
Quid surdas aures fingis? quid dicis amico?
Te socium linquo, comperis atq. alium
... tanum magis, atq. magis sibi iungere debes
Quem dudum in Fratres (mira) reduxit amor
Ast ambos vix dum egressos in luminis auras
Cana fides socios iunxit amore pari.
Non sunt hec condigna offitia fratre
Hostili at potius arte parata mihi
Omnia cum semper fuerint communia amicis
Ut bona fortunę, sic animiq. simul.
Ergo cupis nostri rumpi iam fędera amoris
Fac tua iam veniant carmina texta manu.

In laudem Cornelię B.

XI

Delia te tanto decoravit lumine Virgo,
Prębuit et nomen, consuluitq. sibi.
Candida nam mater cupiens pernosse futura,
Inquit o Phębe fata futura cane
Ast placidis respondit huic Clarissima verbis
Et monuit partus nomen et illa tuum
Mas tibi non fuerit Cornelia diva vocetur,
Cornua me quoniam nata parante fuit.
Ambrosiam hęc spiret de Panaceq. liquore
Germani hęc vincat hęc radiosq. meos

Ad Julium Madrisium de Venere claudicante.

nonAliniy ancie ... superabitoit loqui

XII

Adhuc senectuos servabat pectore fluctus
Alma Venus fabri dulcia furta senis.
Jamq virum optabat deludi abaginine Divum,
Et manibus plausos, ore referre sonos
Cum Veneris turpi nomen dedit alma puelle,
Nomine quo pulcra falleret arte senem.
Ut similis Vulcano iam adsit illa marito
Effecit (mirum) claudicat illa pede.
Talia post dixit. Tandem dulcissime conjux
Accipe quam pulchram dat Venus alma tibi.
Ecce aliam Venerem mira quesivimus arte,
Intactos poterit illa tenere thoros
Belligeri Martis vultus et pectora quero,
Intactos nequeo Diva tenere thoros.
Fecimus hanc claudam, similis sit Virgo marito
Et sit claudorum tota referta domus

In Petrum Nautam abstemium.

XIII

Navita quid tarda cessas perducere navi,
Que nobis Veneris dona dicavit amor.
Sed sceleris meritas pendes nunc improbe penas,
Heu miser innumeris ut cruciere modis.
Vindictam divum mitis nam sumpsit Iacchus,
Dulcia cum vetuit vina libare pater

Epitaphium fratris Georgij Cossalti

XIV

Hic iacet extincti fratris miserabile corpus,
Causa necis fratrum leta culina fuit.
Namq parens uxore pia teneris puellis
Cruciferi tunicam amiserat atq loca

Ut tandem

Ut tandem turos affecta etate labores
Poneret, et pinguis semper ubiq. foret
Hic bonus imperium, bona cauti munera coqui
Explebat luridas, igne iuvante manus.
Dulcia sed Lachesis decerpens gaudia vite
ē fixit humili seva ligone loco

Ad Augustinum Turrianum. 5

XV

Quas tibi, quas grates tali pro munere reddam
Turriane bone, maxima cura mei.
Namq. legenda refers Erasmi scripta venusti,
Non oculis scripta pulchra movenda meis.
Docta labore bonus confecit adagia summo
Possimus duras, ut superare vias
Pontificis cupiens servare decreta potentis,
Conjeci in tremulos scripta venusta rogos.
Augustine tibi lepidum nunc mitto libellum
Jam satis, atq. satis illa videre datum est
Ingentesq. tibi meritas hoc carmine grates
Palladius reddit, quod sibi Musa refert.
Atq. dicans libros quoties dignaberis iussis
Querenti semper scripta petita dabit.

Misit, respondit carmine Tusco.

De domo Nicolai Broia.

XVI

Cum domus ethereos contingat proxima Divos,
Et tangat summi regna superba Jovis
Hoc non intumuit genitor, voluitq. potentum
Verbere spernentem regia suprema Deum.
Has, ait, proceres Divum Rex, Juppiter edes
Celestes habitent, semideiq. mei

Has

nonnimis anxie(?) super satiole loqui

Has Astrea colat ędes, et docta Minerva,
Veridicasq; ferat in sua plectra manus.
Alma Venus post ipsam tanto decoret honore,
Cedat ut his semper Grecia falsa locis
Quod si unquam fuerit pravis infecta venenis,
Protinus hęc labet fulmine vasta meo.
Broiavacca bonis ergo cum moribus ipsam
Complesti, jubeo, sit domus ampla diu.

Ad R.dum Petrum Marcellinum P.brum.

XVII

Castalidum miror cum fontes flumina, saltus
Atq colas sacri jugera culta soli.
Te Aonio mihi non modulari carmina plectro,
Haud levis cum sit, atq futurus amor
Castalides quoniam hebent in carmine vires
Successusq tuos Castalis unda juvat.
Eia age dulcisona moduleris carmina voce,
Et placido prębe candida lina mari.
Dira tamen moveas ne nunc ad bella sorores,
Devictas nostra ęst Musa datura manus
Sed modò Tymbręum cantum aure condamus acuta,
Et moveant nostras dulcia plectra manus.

Elegia ad Condiscipulos.

XVIII

O generosa pubes, Tragicum perquirite carmen,
Dulciave comico verba referta sale.
Jam furibunda patris procedunt tempora Bacchi,
Tempora dulcisonis pretereunda modis.
Barbaries fugit, fugerunt barbara namq.
Secula, non iustis illa ferenda viris

Invida

Invida nec rudibus, nec doctis prodesse poetis
Nec nimis voluit illa favere gravis.
Dissimiles tantum, quantum splendore nitenti
Delius insuperat lucida signa poli
Secula quam nobis nullos ventura per annos
Adveniunt grata, redditus atq; dies
Bernardus Clarijde, flavoq; nitentior auro
Traditur et summa dona Pisana domus.
Civibus hic primum constanti pectore plebemq;
Et iunxit facili federe gratus amor
Moribus en istis talis adest et clarus honore,
Atq; decus Patrie, gloria et alma mee.
Qualem Romulidas justum celebrasse Camillum,
Fama est et Curium, Fabritiumq; bonum
Qualem Cecropride sanctum coluisse feruntur
Dignis Aristidem et decorasse bonis.
Felices ergo varios cum fecerit unum
Iunxerit et omnes integritate pari.
Oblectare parat cives, plebemq; choreis
Ut bona sint isto tempore leta suo.
Et voluit bis nunc mutare cornua Lunam,
Hec ne pretereant tempora grata cito
Tibicines quoq; conduxit nunc maximus ille,
Queis favet alma Venus Delius atq; pater.
Optima deficiant patrieque gaudia cuncte
Multa parat alia, invenit atq; putans
Post saltus gratos, et magna tripudia celo
Coniunget tandem sira ponente Deo

Ramq.

[illegible]

Namq. parens aderit custos, et Numinis aura
  Pretoris solvens jussa benigna sui.
Is pia facundus populo mandata Tonantis,
  Et solvet Christi dogmata sacra fide
Qualem non sensit plebs, nec audienda per annos
  Mercurij tantum concipit altus amor
Eia age nunc mecum socij qua semita aperta est
  Et faciles prebent equora lata vias.
Belluata hic passim finget aulea superbis
  Digna viris tantas ille daturus opes
Accipiet post Bernardus iam munera scene
  Devictus prebet, sponte paransq. domos.
Alta ne deficiat mens creditis atq paratis,
  Deserat aut cunctos absterat alma viros
Hec sunt non cogitanda, socij, sed sectore quondam
  Que egistis forti non renuenda manu.
Cum placidum Medices leta cum fronte paratus
  Fulgeat atq. paret omnia mixta iocis.
Iamiam solvo, ne deserite voce vocantem,
  Cara iubes tandem maxima nulla vetam.
Signa feret passim lutea Franciscus ab ede
  Qui signis meminit nomina rata suis

Ad Joannem Baptam Severum patruum meum.

Invida cum dederint talem sibi fata ruinam
  Ne Licij posses templa videre Dei.
Ingenium quamquam tunc docta Minerva pararit
  Affueritq. tibi Mercuriusq. pater.

Genta

Cepta tamen, nec summi montis et horrida saxa
Non licuit forti pervia adire pede.
Parnassi summo demissus vertice montis
Flebilibus comples nunc loca cuncta modis.
Hoc non lugendum at natum nunc cura magistr.
Suscipiat perdat ne bonus ille dies.
Cum teneat nomen docti clariq. Severi
Qui legum solvit horrida dicta bonus.

Misi

De benignitate Matris Cornelię B.

Ad pontem iuvenum sederat doctissima turba,
Ut dominam posset illa videre suam
Tempore cum tali natę studiosa tenebat,
Et mater solitos pręscia nempe locos.
Cum subito fugit, ingrediensq. Virginis ędes
Accersit clara voce volatq. Deam
Eia age nata relinque acus artemq. Minervę
Te cupit iam iuvenum turba videre domi
Non indocta iubes hęc nec invisa parenti
At summis nata permanet illa locis
Est ratum at numen sacrum qui ore rotundo
Intactum possint concelebrare decus.
Cum caput extollens subito Cornelia clarum
Emicuit similis et Veneri atq. Jovi.
Quo grates matri quęrit studiosa iuventus,
Et cupit ęternos vivere lęta dies

Excusatio ad Corneliam B. quod caput servę operui.

Poie

[illegible]

Pone graves iras, queso, ne contrahe frontem,
Quod serve operui nescius ipse caput.
Errabam demens iaculis percussus amoris
Ut te spectarem, colloquererq. simul.
Sed quoniam cecos oculos gestare videmus
Qui divum domat, et pectora dura viri
Sic ego sic cecus, serve tunc ora capillos,
Ludentemq. aspexi te mea vita putans.
Ipse miser sed cum sim lusus imagine amoris
Eia age tunc mihi parcere iussit amor.

Responsia Cornelie B ad Palladium suum.

Docta mihi tandem possunt cohibere dolorem
Palladys quamquam scripta relata fugis.
Vix hoc, vix heu ferre libet, quod rustica demens
Abstulerit oculos invida serva tuos.
Et clara ornatus docte tu Palladis arte
Dedecus heu tantum passus inesse tibi.
Ut me, quem cupio, quem observatura per annos
Sum multos, fugias, mutuus ignis adest.
Cuncta aspexi, puerumq. orbatum lumine claro,
Atq. arcus, pharetras viscera et alma Dei.
Quo tibi ne tygris possim nunc seva videri,
Atq. puer dicat parcere posse tibi
Sic tibi nunc parco, multos pariamq. per annos
Ut spernas alias, ut caveasq. mihi
Perq. caput iuro, divum et numen amoris
Te preter iuvenem nolle videre fida

&c

Ex Autographo Joannis Palladij Veronen. Carmina.

Hic Io.^em^ Fran.^cum^ supstum etate precessit, erat Dot.^s^
et floruit anno M.

Cogis, Pontice, me malum Poetam
Versus scribere non laboriosos,
Dignos nec lepido ac novo libello,
Indignosq. manu proba ac diserta
Non sunt, qui redolent procaciores
Lusus, seu Veneres, Cupidinesq.
Vatum delicias recentiorum
Non ijdem veterum negotiosos,
Ac duros strepitus fidis sonore:
Sed talis noto, dum furit Lyeus,
Dum pulsant pede sordo tabernas
Seu dum nablia consonant choreis
Aut inter male baiulos olentes,
Clamant dum mihi Syngrapham remitte;
Unde, o Pontice, sum malus poeta
Versus cum faciam et frequens cacando

D. Maximo de Grandis Jurisco.

Vates, Endecasyllabos disertos
Non carpsi modo, sed decus probavi
Et stylum, atq. sales, facetiasq.
Ignote mihi non prius Camene
Posses tu penitus Catullianos
Versus ludere, vel iocos Maronis
Scriptis cedere nec Propertianis
Aut quicquid Apollini est sacratum
Hoc totum redoles, Poeta nostri
Secli gloria. Jam decus probavi
Non carpsi Endecasyllabos disertos

D. Max

non nimij anxietati superabile loqui

Domino Max. de certo libro diversorum Poetarum compaginato Jo. Palladio Veronen

Uno codice multiplex poema
Tum cultum varium, elegans, [illegible]
Legi, tum inde contumax, protervum
Heu quam male ad invicem coherent
[illegible]anis non bene sana et inaequalis
Rubra aut candida [illegible] veit, [illegible]
[illegible]icas ebri[illegible]as nigrosq. corvos
C[illegible]os [illegible] et alites Tonantis
Vah ignobile vulgus imperitum
Indocti simul instrepuntq. docti,
Irritant faciles Deas, Jovemq.
Et Phebum [illegible] sacrate
[illegible] carmina [illegible]
In primis tamen approbo lepores
Romanos senis Atticosq. Galli
Admiror quoque Lidy Camenam
[illegible]sianem nobilitate turgiosa
Fausti nec minus inclytos calores
Nec Crotum vitio darem pusillum.
Omnes ast alios ineptulos, et
Vappas, sordidulosq; simplicesq.
Dictum pace bona sit audientum,
Illos non nisi sorices, cicadas,
Formicas, pulices libet nigellos,
Et sturnosq. grillulos vocare.

Ad Eundem Jo. Pallady carmen.

Desinat Androgeos docto modulamine vates
Immerita nostrum tollere laude decus.
Orphea non citharis, et non Amphiona cantu,
Non mihi Museum conferat atq. Linon.

Ipse

Ipse lyras moveo, nulla prestabilis arte,
Et mea vel tenui carmina voce sonant.
A me Phebus abest a me pater inclytus Conan
Exornat nostrum nulla corona caput.
Et si quando libet pariter vocemq. fidemq.
Tendere tunc precibus me ferus urget amor.
Nam me Romulei non classica bella triumphi
Non sonitu horrenti martia signa iuvant
Phębus, amorq. iubent teneros me promere questus,
Unde ego iam miles huius et huius ero.
Sępe furens vacuo suadet mihi carmina Phębus,
At tener in lusus carmina vertit amor.
Alter Męonios divina poemata vatis
Insonat, et Latias grandiusore tubas.
Et iubet ęternas ventura in sęcula chartas
Pangere et altisonas voce ciere Deas
Alter delitias inter versatus amantum
Excolit occultis dulcia furta iocis
Atq. iubet cęcos iuvenum lusisse furores,
Et qua iampridem sit face lęsus amans
Interores [illegible] quo se discrimine tanto
Vertat Palladius consule vel quid agat
Hunc pariter feriunt, hinc Phębus, inde Cupido,
Horum, ut iam dici nullius esse velim.

Quę muros longa prius inclinata senecta
Et scisso, et putri tegmine Turris erat.
Nunc celebris Petro pretore est reddita Caucho,
Incipe securum iam celer Hospes iter.

Io.s

[illegible]

Jo.s Paladij Veronen. ad Comitem Pal. pro Tabel-
lionatu consequendo carmen.

Quę te supplicibus verbis, et poplite flexo
Poscimus: Arguti da monumenta fori
Exhibeas, si iusta tibi censentur, et ęqua
Quę petimus; larga da pia vota manu.
Es tu clarus Eques, virtute ornatus, et auro,
Tu Comes a magno Cęsare munus habes
Fac precor, ut liceat totum me terrę per orbem
Stet reus inscriptis actor, et usq; notis
Polliceor veris testantum dicta tabellis
Distrahitur quęquid contrahiturq; simul.
Polliceor testes et cuncta fideliter acta
Scribere: non odium non aget ullus amor.
Non pretium, tentantve preces: me carminis Auctor
Sit Deus ęternum Pallas, et instituit
Porrige iam calamos, thecamq; atrumq; liquorem,
Ut tibi in extremos obliger usq; dies.

Finis

Jo.s Paladij Epit. Cęcilię Papalis

Quę lo[illegible] grabi tegitur Cęcilia saxo
[illegible] est terrenam [illegible]
Flete decus iuvenes, et rapti damna pudoris,
Flete, precor, tristes tristia fata, senes
Spargite humum violis, et olenti gramine matres,
Et vox sit nobis omnibus una. Vale.

Jo.s Palady Veron. In D. Barbarę prę̨conium Carmen

Virgo, decus Cęli, claro memoranda triumpho
Barbara post nullos hominum, qui mente fideli
Martyrio meruere truces dare pectore pęnas,

At si

Frigidulus circumstet corda tumultus,
Aureolas porrigam ducto tamen ordine laudes.
Si vacat, exculta Presul venerande thyara,
Tuq. magistratus, Sacerq. ordo, priusq. Senatus,
Dicetur qualem meruit post prelia palmam,
Compos, et Alecton Stygias detrusit ad undas
Virgineos ornata rosis, nardoq. capillos.
Satrapa Bebriacis olimq. discorus oris
Rex erat immani, crudus feritate Tyrannus,
Filia cui totis virtutibus unica fulgens
Creverat exiguos, nec adhuc expleverat annos.
Hec conscripta Dei servans mandata frequenti
Cultu, se Templis furtim, Christoq. dicarat
At cum maturis adolesset nubilis annis
Barbara, sollicitus pater est hanc iungere summo
Nempe viro, placeant veterum cui falsa Deorum
Numina, nec vagus a secta delivet eadem,
Quos renuit sponsi non immemor illa superni,
Et gravibus patrem dictis reiecit iniquum.
Struxerat ethereo prestantem vertice Turrim
Satrapa, qua bilem fervens effunderet atram,
Et Prithiam assiduo maceraret carcere natam
Iussit, et e patriis discedens longius oris,
Austrina condi duplices a parte fenestras,
Quo super iracunda simul coniungere ternam
Imperat alludens Christo, qui trinus et unus.
Sepius e summa martyr descenderat arce
In fontem, quo mersa pedes est sueta lavari,
Marmor ubi, quod iam digito, crucis arma notatum
Munivit adversus homines, vi-usq. procaces.

Vera

[illegible]

Vera pudicitiæ tanquam custodia sanctæ.
Præterea crucis hoc (dictu mirabile) signum
Corporis expellit mortis discrimina, pestes
Et mestas hominum mentes quodcumq. gravaret
Postquam remotis rediit pater exul ab oris
Adhedit natam dictis iterumq. reposcit
Filia, dimidium, nostræ spes unica vitæ
Obsequere heu placidumq. geras mi denique morem
Et monitus demens non dedignare paternos.
Non Hyrcana Tigris, rabies non seva Leænæ
Te genuit, patrios ideo ne temne furores
At Martyr contra pacatis vocibus usa est
Disce pater quænam Sponsi sit gloria summi
Qui prius indigesta polum, maria, æthera terras,
Corpora disposuit, spatiisq. exclusit apertis,
Obliquas, Solisq. vias, ardentiaq. astra,
Dictine cursus varios superaddidit orbi.
Is mihi non alius iungatur mente maritus
Qui valet atq. iterum nobis post funera vitam
Reddere, nec duro patitur nos plectier Orcho.
Hæc non vera pater divum simulacra coluntur,
Non dii, sed vobis illudunt Idola falso
Cultu; dein pleno Divum faciem expuit ore.
Tum vesana patri rabies exarsit, et ira,
Quo simul est celeri saltu super alta secutus
Culmina, vulnifico ut natam confoderet ense.
Jam sevi velox pervaserat ora parentis
Martyr, et e summa cursu discesserat arce;
Nequicquam ut vidit tanto sevire furore

Astitit

Astitit atq alias noxam vix duxit in horas.
Postera lux aderat, natam pater ipse capillis
Protrahit inventam specu, quo forte latebat
Quam duris cedit virgis, gravibusq. flagellis,
Inde gravi, ac duro servari carcere, tanquam
Noxia terribiles pedibus iussitq catenas
Addidit, et curiam fastosi Presidis omnem
Tunc primum rabida Preses feritate timendus
Hanc rapit, et tenui vehemens spoliavit amictu
Reliqua desiderantur nullo damno &c.

Ni cesset canis ipsa catulire,
Sagax per fora, te per angiportus
Et stantem simul huc, et huc vagantem
.anum te comitabitur caterva.
Hoc tantum fieri potes beatus,
Tibiq. populum propinquitatis
Vinclo annectere possis universum,
Canis ni sinat ipsa catulire.

Bernardine timet tuus sodalis,
Sodalis tuus ille, quem sorores,
Quem vel Phebus amat, vel una achivi
Gravem, doctiloqum, pium poetam
Ne lis maxima de tribus capellis
Ut aiunt, pereat, licet benignus
Adsit Preses, et elegans patronus,
Cares nam tabulisq. syngraphisq.

Et quod

[illegible] Loqui

Et quod deterius diebus istis,
Dolor: proh dolor altere duobus
Extinctus sibi testis est fidelis,
Timet quo dubiam peryisse causam.

Carmina hęc supra descripta sunt ex schędis, ut puto autographis apud Nobiles utinenses Palladios cubantibus. Ex his aliqua Io.s Palladij senioris non improbanda; cętera Io.s Fran.ci nepotis ablegarda, et igni damnanda. &c

[illegible]

nothing answer[illegible] supersensible Logic

nothing ancient [illegible]

nothing answering my superscription [illegible]

Schede della pellagra
in Friuli.

N. 28